norem honestatis. tenorem veritā
tis a fauorem pietatis. Primo vt
fama nostra sit honesta a mūda.
Secundo q̄ sit vera q̄ nomen con
cordat cum re. Jux̄ illud ꝑs. Sit nō
men tuum sit a laus tua. Ps. timen
dum est q̄ mlti magnum nomē
habent a michil de re. imo habent
noīa p antifrasim sicut bos migre vo
catur cignus. Sic q̄dā appellātur
pastores a sunt lupi. dispensa
tores appellantur a sunt dissipa
tores. appellantur rectores a sunt
destructores. de quoꝝ quolibet dr
Apoc. 3. Nomen habes q̄ vivis a
mortuus es. hȳ sunt similes pomis
que nascuntur iuxta mare mortu
um. que vsq̄ ad maturitatez sunt
coloris honestiꝰ si ea matura in ci
bas nil minus iuuenes ñ cineres a
faullas. ita quidā nomen habēt
i statu a fama. Ps. si intrinsecus ap
pariantur turpibus a vilibus sunt
repleti. Vnde talꝭ caret tenore veri
tatis i nomine suo. a verificatur de
eo q̄ scripsit q̄dam de ticus de ab
batia que vocatur vallis dei. cū de
ticus quidā fuisset ibi exiliter hos
pitatus. sūmo mane ēcedens scrip
sit hos versus in porta. Vallis di
cta dei. domus est mire speciei. mīg
num nomen ei gratia nulla rei.
Tercio debet vtuosus prouidē
q̄ nomen suum habeat fauorez
pietatis. Nam si fama hoīs cōspec
ta sit cū delectationibus q̄ inimica ne
cessario erit odiosus. a ꝑ oppositū
si fama pietatis de aliq̄ diuulgēt.
fiet diligibilis vniuers. Cāticō. 1.
Vngentū effusū nomē tuum. ideō ado
lescētule. a. ꝑsōe. ꝑficiētes a hōneste
dilexērt te nimis. Dubitacō ꝑt ēē
Vtꝝ sit hoī vtuosū negligē famā
suā. Rō sic videt. q̄ fama hoīs est

38

de bonis fortunę. sicut ꝓz ꝑ Boeč. 2. et. 3 de ꝺ̃ō. ꝙ bona fortunalia videtur esse vtuosum ꝺtēpnere. sicut facit̃ sācti qui omnia ꝓpter xp̃m relinquūt. ‖ ꝓp illud ē ꝺtēpnendū cuius cōtemptus ducit ad perfectionē. ꝙ tale ē nomē vel fama. Vñ Matth. v. Bñ eritis cū vos oderint ac̃. et eiecerint nomē vr̃m tā ꝙ malū ac̃. g infamia nos facit beatū eē ‖ ꝓp ad Cor̃. 6. In omnibus exhibeam⁹ nos sicut dei ministros ac̃. a infra. ꝑ infamiā a bonaz famā. Glo. exhibeam⁹ nos deo vt nec bō estimacōne supbiam⁹ nec mala voleam⁹. g si nō debem⁹ dolere de infamia nec debe⁹ curare de fama ¶ Ad oppositū dicit Eccl. 41 Cura habe de bono nomie. hoc enim magis ꝑmanebit tibi ꝙ mille thesauri magni ac̃ pciosi. Et ꝓv. 21. Melius est nomē bonū ꝙ diuicie multe ‖ Rñdeo ꝙ sicut dicit Aug. de cōi vita clericoz. et allegat. 11. q. 3. nō fūt audiēdi Et 22. q. 1. Volo. Due res fūt ꝺ̃scia a fama. Conscięcia ē nob necessaria ꝓpter nos: fama ꝓpter ꝓximos. Ideo ꝺtemperare ꝓpriā famā peccatū mōle est: a negligere ē peccatū vel veniale ꝑ mōle ꝙm ꝙ negligētia ē maior ꝑ minoz. Cuius ratio ē. qz ē directe cōtra caritatem. cuius ē ꝓmū edificare ꝑ bonā edificationē. vel bonā ꝺuersationē. Vnde omnis hō triplex testimoniū tenet̃ habere. videlicet A supiore. ab interiore a ab exteriore. A supiore scz a deo. ad Roma. 8. Ipse ā spūs testimonium reddit spūi nostro. ꝙ sum⁹ filij dei. Ab interiore scz ꝺscięntia nostra. ad Cor̃. 2. Gloria nostra hec ē testimoniū cōscięntie nostre. Ab exteriore scz ꝓmo. ad Thimo. 3. Oportet ā. scōs testimoniū habere ab hijs qui foris sunt. Duo prima testimonia necessaria sūt ad salutem. Tercium est vtile. tamē sine hoc ē salus. ¶ Ad primū dico ꝙ bona fortunalia nō sunt negligenda. nisi pro quāto dant impedimētum virtuti. Bona autem fama nō impedit. sed magis promouet ad virtutem. Amor tamē siue cupiditas bone fame potest eē nimia. sicut amor cibi vel potꝰ vel vestis quāuis vtilis ꝙ sit necessariū ad vitam. ¶ Ad secūdum dicēdum ꝙ benedictio illius beatitudinis refertur ad pacięntiam in famie iniuste illate. nō autem ad negligētiam bone fame. sicut si oculi hominꝫ reuerentur ꝓpter cristum laudabilis esset patientia. a tamē negligētia patiendi vel cultodiēdi oculuz i nullo debet commendari. imo iste terminus negligētia expresse importat defectū virtutis. Vñ in nulla materia est negligētia bona. ¶ Ad terciuz ꝺ̃ō ꝙ glosa vult dicere ꝙ ifamia de nob iniuste suscitata nō dolēdebe⁹. ꝑ pacięter sustiere. nullo tñ mō oc̃asiōez dare dēm⁹. ꝙ de nobis fama mala iuste valeat suscitari. ¶ Li. xix

Mbre trāsitus ē tps nim. a nō est reuersio finis nī. qm̃ ꝺsignata est. a nemo reuertitur. ‖ In ꝓpe p̃cēdēti ꝓposita ē vna ꝺclusio ꝓbāda. ꝙm opinionē impioz. a ē conclusio ista ꝙ totū genus humanū āniehylabitur. destruetur et ꝓibit. non soluz ꝙm rem sed etiam ꝙm nomen

a mẽmoriam alioꝝ ita q̃ nec hõ erit in re: nec in opinone. ¶ Posita aũt hac opinone in lectõe hodierna subiungitur eius pbacõ q̃ talis ẽ. Inter omnia q̃ sensu distinguim⁹ illud qđ min⁹ immãet memorie nostre est vmbra corporis moti continue. hã talis vmbra cõtinue variatur. sed vita nostra ẽ similis p oĩa tali vmbre. g̃ oĩno necesse est q̃ ei⁹ memoria oĩno dele-
ista atur. ¶ Posset ad q̃stionem sic respondeꝛi q̃ licet pereat memoria istoꝝ hominũ p certo tp⁹ ita⁹ tamẽ renouabit p corporis ẽsurrectiõez. Et ideo hãc responsionẽ oĩnter impij excludũt p modũ istũ. Illud qđ est phibitum a q̃si p configurationem nature firmatũ nõ potest mutari: q̃ cursus nature ẽ immutabilis in hoc q̃ a priuacõne in habitũ impossibilis ẽ regressio. ꝫ resolutio post mortẽ q̃ est finis nostre est a natura phibita a q̃si p figurationem nature firmata: q̃ natura nõ vtitur isto modo. pducendi vel reparãdi homines q̃ eos de morte deducat ad vitam. ꝫ cursus vite nr̃e est talis q̃ de nõ eẽ pducit ad eẽ a itez post vitã ad nõ eẽ ducitur post mortez. a isto gradu nũq̃ reducit p naturaz ad eẽ. hec est sĩa lr̃e. ¶ Circa istã lectionem q̃ro istã q̃stionẽ. Vtꝝ resurrectio oĩnũ generaliter fit futura: excepto tamẽ articulo q̃stionis xp̃o a fua matre benedicta. de qua pie creditur ecclesia q̃ sit in ea ẽsurrectõ ꝑfecta. ¶ Et arguo ad q̃stionẽ q̃ nõ: ꝓmo p illud Dan. 12. Multi de hijs q̃ dormiũt in puluere terre euigilabũt. Ista locutio ꝓpter rationẽ quã dam importat. g̃ non omnes ẽsurgẽt. Item in ps. Non resurgẽt impij in iudicio. ꝫ oĩes qui resurgẽt ad iudicium resurgent. g̃ impij nõ resurgẽt. Item Job. 14. Homo cũ dormierit nõ resurget donec atteratur celũ. ꝫ hoc numq̃ erit. Item illi qui cum xp̃o resurgẽte resurrexerũt simul cũ xp̃o ascenderũt in corpore a aĩa. g̃ in eis ẽ ẽsurrectio cõpleta. Aĩs patet p Rabanũ a hẽtur in Glosa cõi. Qui resurgẽte domino resurrexerũt a mortuis ecclã ascendẽte ad celos sil ascẽdisse credẽdi sũt: nec vlla rõe eoꝝ temerita fides accomodãda est q̃ eos postea rediturꝰ resurꝰ in cinerẽ ac denuo in monumẽtis que triduo patefrã sunt ab eis quib⁹ pauloaĩ apparuerũt viui more mortuoꝝ putãt eẽ uersos. Hec ille. Item si iterũ morierẽtur cũ aĩa nõ separetur a corpore sine pena bis passi sunt penã mortis. ꝫ hoc ẽ iniustũ: q̃ ad Hebre. 9 Statutuz ẽ hoĩbus semel mori: a p oĩs p vnã mortẽ esse debitũ pene solutũ. Item ipsi resurrexerũt vt essent testes ẽsurrectiõis xp̃i. sed xp̃s ẽsurgens ex mortuis iã nõ moritur: quia ei⁹ ẽsurrectio fuit ad vitam eternã. g̃ a eoꝝ similit. alꝫ nõ erãt testes sufficiẽtes per totũ. ¶ Ad oppositũ sunt verba saluatoris Joh. 5. Oĩes qui in monumẽtis sunt audiẽt vocẽ filij dei: a q̃ audierit: viuẽt. Item ad Cor. 15 Oẽs q̃dez resurgem⁹. Item ait Ap⁹. ad Rõ. 4. q̃ si pcm̃ a mors ptransiit i oẽs hoĩes p vnũ siue xpm̃ ekpã originalem. g̃ mltõ gis ẽsurrectio ad vitã dabit a xp̃o in oẽs hoĩes. ¶ Ad istã q̃stionẽ sine scrupulo

39

est dicendum q̄ sic sicut euangeliū a aplica doctrina testat taz in locis ad oppositū allegatis q̄ in multis alijs. Rationē istiꝰ refurrectionis assignat saīs thomas sup q. sētentia tū. dis. 43. arti. 1. et 2. Talem omnes hoies appetūt bītudinē. Iste appetitus nō cōpletᵉ in vita ista. nec i vita alia pt ipleri in sola anima. g̈ necesse ē q̄ cōpleaᵗ i vita alia vbi anima corpori sit ōiūcta. ꝫ cū doctoris reuerentia hec ratio michi facit p refurrectione dāpnatoꝝ quibꝰ oportet cōcedere q̄ appetitus bītudinis frustrabiᵗ ieternū. Et ideo alij assignt aliā rationē. sicut Richardus de media vlla dis. pallegata. Que ē talis. Nulla naturalis ḋinatio ē frustra. ꝫ oīs aīa ratiōalis habz naturalez ḋinationē ad regēdū gubernandū corpꝰ. g̈ oīs aīa rationalis corpori vniet. Sed nec ista ratio cogit intellectū ad assensuz. q̄ naturalis ḋinatio voluntatis ōmū hoīm ē ad bene viuendū. sm aug. 23. de ciuita. a in multis alijs locis. a tū ostat sm fidem q̄ appetitus frustrabiᵗ in mltis. q̄ mlti sūt vocati. pauci vo electi. Et ideo tenendū ē q̄ sic q̄ hoc sonat sacᵉ scriptura exp̄sse. hoc eciaz ē sāctis pribus reuelatū. a q̄si infinitis miraculis declaratū. iter q̄ ē illud de septē dormētib⁹. vt pz in legēda sc̄oꝝ. ¶ Ad pmū pt dici q̄ ad hāz auctoritas pt exp̄i de pueris dāt natis in limbo. q̄ illi ꝓprie nō euigilabūt. q̄ cū vigilia sit ꝓprie ē solutiōa vsus sensuū. a ipsi nō resurgēt ad sētiendum pnā vel glorā Ideo pt ly multi teneri ibidē ptici patiue. Aliter exponit aug⁹. multi. id ē ōnes. Sic ei loq̄tur scriptura freq̄nter. ¶ Ad secundū dicendū q̄ impii nō resurgēt i iudicio. id ē ad iudicandū sic sancti resurgēt. ꝫ i. surgēt vt iudicent. ¶ Ad tertiū sēsus est donec atteatur celū. i. donec a celo p quietē aufrātur motus. p quez quidē motū causat gnationem a corrupcōnē i istis inferioribꝰ. ¶ Ad quartū qd ē de illis resurgētibus cū xp̄o ac̄. Primo videndum ē quid dicat Ieronimꝰ. postea q̄d mgr̄ i hystoriis. Tercio quid sēciat aug⁹. de p̄mo Ieronimꝰ i sm one. Cogitis me o panla ac̄. dicit sic. Quos cū dño ē surrexisse legi⁹ vtz rediere ūt i puluere certū nō hem⁹. Melius ē deo totū cōmittere q̄ a liquid temere diffinire. a hec sēt̄ tia m̄ placet. Eadē ē sēntia mgr̄i i hystoriis sup euāgeliū. Recitat tñ q̄ quidā opinātur q̄ aliqui de illis qui cū xp̄o resurrexerūt sepulti fūt i ierusalez. Sm̄a vero bī augustini. de mirabilibꝰ dine scripture plane diffinit q̄ iterum mortui sint. ꝫ. ē. a ē ꝓpe finem libri. Sic enim i resuscitatis mortuis similitudo tantum nō mors continua fieri cernitur. ita et in hijs similitudo resurrectionis non ipsa resurrectio ostenditur. de continua em̄ morte nullus ad vitam ideo redijt nisi dominus vsq̄ in diem nouissimū reuertitur. Vnde dicendum est sm mentem augustini q̄ apparet probabile in hac parte. q̄ illi qui cum christo surrexerunt iterum mortui sunt. quorum corpa iterum ad monumenta reuertebantur. ham et verisimile est q̄

int̃ eos fuisse dcebãt sũ prẽs Moyses a Dauid a q̃ō alĩ quor fidẽ maximã omẽdat Apls ad Heb. ·11·a ĩ fine subiũgit Dĩ oẽs testimonio fidei pbati mueti sũt/nec ꝛceperũt ꝛpromissionẽ·deo p nobis aliq̃d melĩ puidente ne sine nobis ꝯsummarent̃ Et hec cõ mouet Aug ad sic dicendũ·Ad Rabanũ dicit q nõ dñ ꝯsiderauit apl̃m nec etiã aug q̃ satis eũ pẽsilit ·// Ad q̃tũ non cõstat q moriebant̃ sic de Johãe ewãgelista dr q dolorẽ i morte do nõ sẽsit· Vñ nõ sequit̃ q si ita eũ moriebãt̃ molebatur eũ pena. vl sentirent etiã penã·potes ẽ em deus a cũ statuto cõi dispẽsare a eis p pena gl̃am recõpẽsare·// Ad tertiũ dicendũ q fuit ꝛpetũ p testimonio resurrectiõi p hitẽdo absolute a nõ q̃tũ ad oĩs resurrectionis circũstãcias Vmbre tñ sit? notandũ q vita nr̃a valde ꝺuemenẽ vmbre ꝺpatur· Est em̃ in vmbra mdigẽcia lumĩs a Assistentia frigois a apparẽcia corpis. Primo dico q in vmbra ẽ mdigẽcia lumĩs q i vmbra ẽ lumẽ dĩnutũ. Isto mõ licꝫ in ista vita sit aliq̃d lumẽ ꝺgmicõis natural a etiã fidei de deo ista tñ ꝺgmicõ nõ est ñ vmbra respectu illius cognõis a scientie quã sum? in patria habit̃ Sicut em̃ lex antiqua vmbra fuit fidei que nũc est ad Heb. 10. Ita fides moderna non est nisi vmbra respectu notitie beatoꝝ quã quodã desiderio beatitudĩs Cant̃. 2. sub vmbra illius quã desiderabã sedi. Ista autꝫ vmbra fidei a notitie scripturarum tante est virtutis q purgat mentem ab ifirmitatib? hoc est a vicijs a peccatis. In cuius figurã legim? Act. 4. q vmbra petri sanauit infirmos. Virtute etiaꝫ vmbre fidei xp̃m spũaliter cõcipim? sicut fecit virgo benedicta carnaliter Luc. 1. spũs scũs superuenit in tẽ a virtus altissimi obũbrabit tibi // Sed o vita presens comparat̃ vmbre ꝓpter assistentiã frigoris· Est em̃ frigidius in vmbra· q extra Isto mõ in presenti vita ẽ torpor a carencia caritatis· Sicut vmbre sunt longiores a frigidiores versus vespe q̃ in meridie. ita defectus caritatis cordiũ hũanoꝝ versus finem mundi augebitur· q maꝫ superhabundabit iniquitas a refrigescet caritas Matth. 24. a Jere. 6. Ve vobis quoniã declinauit dies· a longiores facte sunt vmbre vespere· Tercio comparatur vita nostra vmbre. In vmbra enim est apparencia corporis a nõ existentia: ita i presẽti vita est apparentia solidꝫitatis in diuicijs dignitatib? et honorib? a nõ existencia/promittunt sacietatẽ a affert̃ egestatẽ. promittũt beatitudinẽ a affert solicitudiẽ a iõ mẽtiũt̃ nob istre vmbre a nos fallunt· Eccl. 34. q̃si qui apprehendit vmbraꝫ a persequit̃ ẽ ventũ sic qui attendit ad visa mendacia· Et sicut videtis quando homo habet solez pre oculis et ante faciem suam tunc proicit vmbrã a tergo· quando autem sol est a ẽ go tunc habet vmbram suam ante a coram oculis suis· ita q sol et vmbra non compaciuntur se ex vna parte Isto modo est moraliter de delectationibus tpalibus h? vite q̃ sũt q̃si vmbra a de sole

insticie qui est xps. Nã ille qui hz xpm cor̃ã oculis cordis sui pñtem dluminantẽ p fidẽ & inflãmantez p amorẽ talis ĩdubitanẽ picit vm brã a tergo id ẽ respuit & ocempmit & puipẽdit illecebras huiꝰ vite Hz certe hoies mũdani qui xpm tradiderũt obliuioni & pieceũt ipsi hñt vmbras in ospectu suo & qp to xps magis distat & elongatur ab eis tanto eis vmbra vanitatis mũdane maior apparet cũ michil sit. Causa qre luna eclipsat ĩ veritate ẽ qz intrat vmbrã terre. ideo qz vero sol nũqp intrat vmbrã terre ideo nũqp eclipsat realiter ꝫ apparent tantũ. sic hoies seruiẽtes mũdo immũgunt se vanitati mundane. ideo necesse ẽ vt puenĩ hũiꝰ gre per pctm̃ mõle. Job. z. Obscurent eũ tenebre et vmbra mortis.

Venite ꝯ & fruamur bonis q̃ sũt. et vtamur tp̃ ĩ inuẽtute celeriter. Lectio. 20 Posita impioꝝ erronea opinione. hic conseqnter agit de eoꝝ viciosa ouersacõne. Quales em̃ opiniones hñt hoies in moralib⁹ tales sũt elcões eoꝝ in moribus. Electio em̃ sequit̃ pconsiliationẽ. vtz z. ethicoꝝ. c. 36. & A. Et ideo ĩ quũ osiliũ & sup falsis pncipijs fundatũ seu radicatũ sequitur viciosa electio & puersa. & ido in pte ista ponit̃ cõclusio tocĩ negocij pcedẽtis. Et ẽ pctica et valde mala. sm quã impius ducit vitam suã. Et ẽ ista oclusio vna ospirativa ouocatio. sm quã impĩ allicit unt & mútant se mutuicẽ ad peccandum. Et diuidit̃ ista oclusio ĩ mltas ptes. qz ẽ vna copulativa ex multis ptibus aggregata. Vñ pmo animat seipsos ad pcã lasciuie corporalis. Secuido ad peccata iusticie gñalis. ibi opprimamꝰ

Circa pmũ tria facit. Primo exhortant̃ ad peccãduz in gñe. Secuido materiã delcationũ enũerate inductiue. ibi vio pcioso. Tercio qp hoc expediat: ofirmat racõe. ibi qm̃ hec ẽ ps nra. Dicũt g pmo sic Veite ergo & fruamur bonis q̃ sunt: q̃si dicerent. Eq̃ sic ẽ qp non restat homi post hãc vitaz nec pena nec pmũ ꝫ oĩ hõ p suo ppetuo corũpit̃ i morte sicut sm eos superiꝰ est pbatum. ergo veite id ẽ socialiter & a pari cõueiamus et fruamur hois q̃ sunt. id ẽ istis bonis tpalibꝰ qe alia speraẽ ñ possumꝰ post hãc vitaz & vtamur sic no ꝫ placet creatura & oĩ re creata tã qp ĩ inuẽtute & tẽpestiue & sine freno auide & voluptuose. & hoc celeriter id ẽ stati qe tpꝰ breue ẽ. Hec ẽ oclusio. cũ nõ sit pmũ post hãc vitam p bonis opibus nec pena p malis. idulgendũ ẽ omni ei qꝺ ĩ hac vita delectat.

De ista oclusione pmo videdum ẽ de oseqntia. & sine dubio videt bona & satis osulte & prudẽter illata. qz si i hac vita tantũ speranteꝫ eẽmus. miseꝛi biliores oĩbus hoibus eẽmus vel sumꝰ sicut dicit aplus ad cor. 15. Vñ: dato qꝺ nõ foret pena futura vel pmũ nõ video quin fruendũ eẽt illecebris & delectacõib⁹ huiꝰ vite. Hoc añs ẽ falsũ & datο vno inconuenienti multa sequũtur. sic dicit aristol. pmo phoꝝ. Sed qz ifatuati fuerũt i añte illoꝝ oseqntie videlicet ĩponẽdo anime humãe

mortalitatẽ

(cxcviii)

mortalitatem · ideo multa inconue
mientia ꝯcesserunt · Et est ista ps ꝯ
clusionis plena fatuitatib⁹ · Ōtio
in hoc q dicit q deam⁹ frui tpa
libus · Nam sicut dicit Aug⁹ · i · de
doctrina xp̄iana c · viij · Illę res q̄
bus fruendū est nos b tōs facit ·
q8 nō p̄t facere tpalia · Secūdo
q fruitio est inhęrere alicui rei pp
ter seipsā · ſ omne tpale factū est
pp̄ter aliud · ſ · pp̄ter deū · puer · 8 ·
Vnūsa pp̄ter seipm operatus est
dñs · ſ Fatue ergo dicūt · ſ Fruamur
homis q̄ sunt sz temporaliter · q nō
p manēter · Et tamen hec cōsequē
ter aliquoz malox hoīm senten
tia ē · B sciam⁹ quid habem⁹ · nesci
m⁹ q̄d habebim⁹ in futuro · · a ideo
ducam⁹ letos dies · Tercio fatue
dicūt q immediate p̄ p̄mazz po
sitionem ꝯcessam concedunt ei ꝯ
trariam · q̄ñ dicunt · Vtamur crea
tura · Nam vti est aliquid diligen
do referre in deū · sic in finez · Et ideo
nullo mō stat q hō eadē re simul
vtatur · a fruatur · sic patet primo
sēcentiazz · di · i · Vñ hoc q dicunt
respectu eiusdem fruamur · q vta
mur · dicunt contradictionem im
plicite · Quarto fatue loquūtur in
hoc q se determināt a inuentute
talibus mancipāē · quia hoc mich
il aliud est ñ in peccatis pseuerāē
Cui⁹ racio est · quia illud q8 hō as
sueuerit in inuentute ñ potest faci
liter deserere · Et ideo dicit Aristo
teles · i · Ethicoz · q nō differt paū
sic vel sic ex inuentute assuefieri
Et ꝯmentator sup plogū · z phisi
coz · Consuetudo habet maximā
vim · que a inuentute cōtrahitur
Et puerb · 21 · Adolescens iuxta vi
am suam · etiā cum senuerit nō re
cedet ab ea · Vñ ꝯclusio eoz plēa
est fatuitate.

Super istam ram̄ potest esse du
biū · Vtrūz homo ex caritate tene
atur plus diligere deum q̄ seipm ·
Q8 nō videtur · q diligit se quan
tum potest · ergo non potest deum
plus diligere q̄ se · ergo ad hoc ñ
tenetur · Q8 autez homo diligit se
quātum potest patet q diligit se
naturaliter · ſ natura agit ſm vl
timū potentie sue · q nō agit libe
re · ergo si diligit se naturaliter di
ligit se quantū potest. ¶ ſp̄ · Illud
q8 est racio diligendi alterū pl⁹
diligitur illo altero · q vnumq8q
pp̄ter q8 a illud magis · p̄mo pos
teriozz · Sed racio quare de⁹ debet
ab homine diligi est · q est bonū
suū pp̄rium · ergo diligit se magis ·
Item ix · Ethicozz c · 2 · Amicabilia
q̄ sunt ad alterūz · ꝯmunt ex ami
cabilibus que sunt ad seipsū · Item
aug⁹ 10 · cōfessionū · Qui cūq aliq̄d
amat q8 nō pp̄ter te amat minus
te amat · ſ qui minus amat deum
amat deuz · ergo cū amore dei stat
vsus dei ¶ Ad oppositū est Aug⁹ ·
i · de doctrina cristiana c · 8 · Ipsum
pp̄ter te non debes diligere seu
amare ſ pp̄ter ipsum qui dilectio
nis tue rectissim⁹ finis est · ſ vnū
quodq pp̄ter q8 ac · g tenet mag̃
diligere deuz q̄ seipsū · ¶ Ad quęs
tionem dicendum q sic · Racio ē :
q deus est beatitudo non solū pp̄
a vn⁹ hominis · ſ quo dā to⁹ ꝯ
munitatis ipsius · a ideo diligi de
bet pp̄ter se tantū et p̄ consequens
maxime. ¶ Propter rationes est
notandum q dilectio qua homo

diligit aliquid pēsatur ex duob⁹
Ex fuit ē seu intēcōe act⁹ ex qua
litate volit illi quē diligit/qñ g̃ di
cit q̄ homo tēt diligere dēū plus
q̄ se nō habet hoc intelligi de intē
sione vl̄ feruore act⁹ sz de quanti
tate boni volit nā debeo deo velle
sūmū bonorez a summā beatitudi
nem nō aūt hoc michi. Aliud est
notandum q̄ in homīe ē duplex
dilectio Naturāl q̄ non elicitur li
bere a voluntate sz naturalit a est
semper in volūtate Alia est ratiōna
lis consequens rationē et de hac
dilectione habet intelligi questio
et non prima per hoc ad ratio
nes. ¶ Ad primam minor negatur
a est falsa. pensando dilectio
nem ex bono volito et loquendo
de dilectione racōnali Vnde plus
boni posset homo velle sibi q̄ facit
si racōnabilit diligit se nā posset
appetere bonū infinitū. Rō vero cō
cludit de dilectione naturali. ¶ Ad
Secundū minor negatur. non ei
qui racōnabiliter diligit deum di
ligit precipue quia bonum propri
um sed quia bonū cōmune est to
tius vniuersi. ¶ Ad terciū intelli
gendū est illud d bonis q̄ sūt bo
na particularia a nō de illo quod
est bonū omniū. ¶ Ad quartū di
cendū q̄ peccans mortaliter deum
amat non tamen virtuose quia
vult eum esse deum sed non sic a
mat deum q̄ seruat eius precep
ta nec omnis qui amat deum est
in caritate quia q̄ diligit propter
se amat deum a tamī peccat morta
liter. ¶ Venite ergo a fruamur
bonis Inactu siue belli siue pacis
gerende Aiacō ducis multū iuuat

fiōē
bom
Collo
ōi

quia sm verba filia a cōsilia tōt⁹
exercitus regulatur et ideo ois
ductor sibi prouidet de aliquo iui
tatorio suis complicibus faciēdo.
¶ Quadruplex igit inuitatorium
inuenio in scriptuā sacra a quatu
or generibus cantorū cantatum.
Primū cantant voluptuosi. Sez
malicioſi. Terciū ambicioſi. a Qr̄
tū sancti religioſi. Et tres primi cā
tant i choro dyaboli. Et qrtī solū⁹
i choro xpi. Inuitatoiu m voluptu
osorū pōit ibi. Venite fruamur
ac/quādo fit est q̄ dō intrat eccle
siā cathedralez ut audiat matuti
nas de aliquo sancto statū per iui
tatorium potest discernere i quā
ta veneracōe sanctus ille habetur
ibidem. quia in ferialibus diebus
sufficit tantū vnus a quāto festū
celebratur solempnius tāto plu
res inuitatorio deputantur. Inter
nos in vita presenti dīj multi colūt
Ad cor. 8. Siquidē dīj multi a dñi
multi. mundus. caro. demonia.
deus. Videam⁹ g̃ quis istoruz ha
beat in choro plures ad cantādū
inuitatoriuz a inuenie⁹ q̄ deus
habet pauciores. Omīs alij habēt
inuitatores i magna copia. Si lo
q̄mur de mundo. Nōne senes a iu
uenes a pueri a cunabil suis exīt̄
acti statim alliciuntur. statim inui
tantur a animantur ad colendū
mundum iste vt fiat mercator. iſ
te vt fiat miles. alius ut fiat di
ues rector. Et sic de alijs qui omēs
vna voce dicunt Venite a fruamur
bonis que sunt Et sicut illi qui sūt
magis vicini cantoribus magis
excitantur ad cantandum ita ho
minibz accidit q̄ familiarit magis

q̄ois ā oē vna voce dicūt

tractant cū mūdialibus vel camalibus q̄ nullo modo possunt euadere qñ eis in moribus conformātur. Vnde ysidorus. z. De summo bono. Rarum ē īmq̄t ut quisquis īcœr seculi voluptatœs positus: a vicijs maneat illibatus. i quib⁹ et si non tato īplicetur. aliq̄n tñ attrahitur nec diu potest ee securus qui periculo fuerit primus. Quot sunt qui hijs diebus mutant homines ad mundi contēptum: ad ꝓpria relinquendum: ac se pro suis peccatis totaliter contempnendū. Certe vl nulli: vel pauci. ymo tantus strepitus est cantoruz mūdi. q̄ illi qui dicunt mutatorium xp̄i vix in aliquo pūt audiri: Secūdum mutatorium cantant malicioſi: vt scribitur Jēmie. 18. Venite cogitemus cōtra Jheremiā cogitationes. non enim pibit lex a sacerdote: neq̄ cōsilium a sapiente: neq̄ sermo a ꝓpheta. Et notate quales homines malicioſi ponunt ꝓ pte sua: viz sacerdotes sapientes et ꝓphetas. Sacerdotes sunt magni prelati moraliter sapientes. iusticiarij ꝓphete sunt religioſi. Et nūq̄ videbitis i repubplica magnā iniusticiam seu maliciam fieri: nisi vel ab omnibus istis: vel ab aliquo istoruz ꝓcedit. Vñ isti tres ꝓfecte cantant mutatorium malicioſorum. et isti sciunt facē conspiationem cōtra optimum hominē dicētes illi Jeē. 18. Venite percutiamus eum lingua. a non attēdam⁹ ad vniuersos sermones ei⁹. Percutere hominem lingua: est ꝓdere ei viā mendēdi ut nichil possit dicere ꝓ seipso. Vl percutere hominem lingua est fm cōspirāre: falsum testimonium cōtra hominez perhibere. ¶ Et nota q̄ isti malicioſi triplex habent mutatoriū scz ꝓprium: quo se mutuo ad maliciam animāt et instigant. Primo enim se colligunt ad cōspirādum subtiliter: dicentes illud Jē. 18. Venite cogitem⁹ cōtra Jēmā cogitationes. Secūdo. Recolligūt se ad accusandum ciuiliter et subiurtis colore: dicentes illud Jēmie. 18. consequenter. Venite percutiam⁹ eum lingua et non attendamus ad vniuersos sermones eius. z⁹ Recolligunt se ad occidendū hostiliter: dicentes illud M. 21. Venite et occidamus eum: et nostra erit hēditas. Et hec ē cōdusio malicie vltima. ¶ Tercium mutatorium quod ponitur in scriptura: cātāt isti ambicioſi et scribitur. Gene. 11. Venite faciamus nobis turrim cuius culmen pertingat ad cœlum: a celebremus nomē nostrum. Et notandū q̄ oēs ambicioſi exponūt se maximis periculis a laboribus ꝓ honoribus cōsequendis intm: q̄ si forte ꝓpter labores facerēt ꝓpter deum maximi meriti essent. Vnde isti ad edificandū: ad fodiendū a cōstruendum se applicant et exponunt. Quātā est iactis veracōez sustinēt. q̄ cuiusq̄ ꝓpe regū a ꝑcipib⁹ pāt munera: dissimulāt: adulāt. mēti ūt a se neq̄t humiliāt q̄busq̄z. Vñ Innocē⁹ 8 vilitate huāne cōdicōis sic dicit. Ambicios⁹ sp̄ē pauid⁹ sp̄ attēt⁹: ne dicat q8 displiceat a humilitatē simulat. honestatē mēti ē affabilitatē exhibz. benignitatē oīt: subsequtus a obsequtur: iniuctes horat

vñiuersis mdmat frequentat cu rias: visitat optimates. assurgit a amplexat: applaudit a adulat: a bene nouit illud poeticū ouidij de arte amandi pmo. Et si nullus erit puluis tñ exaute nullū. hec il le. Et ideo talibus curialib9 qui ca stra regū sequūtur dixit quidam Sunt. nō dicunt miseri q castra se quuntur. Quartum muitatoriū quod ponitur in sacra scriptuā cā tant boni xp̄iani a religiosi: a po tur in p̄s. Venite exultem9 dom no iubilem9 ac. a istud muitatoi um cantant valde ferialiter hijs diebus. imo tantus est strepitus in choro mundi q istud iuitatoiū non audit in choro xp̄i: quod dolē dum est. Sed q̄liter isti muitatoes se expediūt satis declarat Math. xx. Vbi habetur de homine rege q fecit nupcias filio suo. a misit ser uos suos dicere muitatis. ō ma sūt parata venite ad nuptias. qđ cū factum fuisset muitati tot alit ne glexerūt a abierūt: alius in vil lam suam. alius ad negociacōez suam. ꝛ caueant sibi. contingit ā te aliqñ q faciens festum magnum muitat multos. diu ante ordinat ut illis ordinate seruiat. sine pres sura habet fortes custodes i igres su portarū qui deuote recipiant in uitatos qui pmiserunt venire. a sūt amici facientis festum. a alios nō muitatos excludūt. Istomō facit xp̄s Mō mittit suos suos predica tores ad muitandum ad cenā ag m̄. sed in die iudicij soli illi recipi entur qui suam muitacionem ad mittunt. a alij excludentur dicente domino vobis illud dulce muitatoi

um. Venite benedicti patris mei p̄cipite regnum. quod vob pa tatum est ab oigine mundi Et di cet reprobis Ite maledicti in ignē eternum. qui parat9 dyabolo a angelis eius. ideo dum tempus habebm9 venite adorem9 a proci dam9 ante deum ploremus cora domino qui fecit nos i p̄s. Leo 21.

Quo precioso a vnguen tis nos impleamus. a nō pretereat nos flos tpis.

Posita muitacione qua impro bi seinuicem alliciūt ad fruendū illecebris in generali. Hic incipi unt enumerare in speciali. Et circa hoc ta faciūt quia p̄o enumerāt excitamenta gule. Secūdo osten siua superbie ibi. Coronem9 nos Tercio contentiua luxurie ibi. nullum pratum. Primo ergo e numerāt delectabilia gustui con ferencia. Secundo tactui conferen cia. Tercio olfactui conferētia. Vi num enim delectat gustū. Vngu entum emollit ad tactum. et flos redolet ad olfactum. dicit ergo Vino precioso a vnguentis nos impleamus. In quo duplicem ex cessum exprimunt euidenter i fu o appetitu. Appetunt in vino maxi me raritatem. a mensure nimie q̄n titatem. Pro primo dicunt. Vino Non quolibet. sed precioso id est care empto. Omne rarum car. Se cundo addunt Impleamus. non sufficit intemperatis et gulosis dicere vinum precios. nec absolute. Vinum bibamus. sed vino precioso nos impleamus. cum ta men natuā hūana i modico sit cō tēta. Vnde Boecij 2. de cōsolacōe

a

psa.7. Paucis minimisq; natura contẽta est cui? sacietatẽ si supflu is vigere velis aut inocũdum qđ supeffuderis fiet aut noxium. Et ad Thi.5. Patẽtes alimẽta hijs contenti sumus. et quibus tegamur/2°. ad vinum addunt vngẽta. v elaiaria ad iocũde bibendum: et p hoc vnguentum ptinet tã ad gustum q̃ tactum. Aliter exponit de vnguentis ad vngenduz corpa et facies. ut magis resplendeant. q̃ suaui? redoleant et molli? tangi possint. et sic ptinent ad delicias tam visus q̃ tactus. ¶ Tercio q̃tum ad olfrm̃ subinferunt. Et non p̃teat nos flos tpis. qñ de floribus singulis iuxta tp̃s suum nostras delicias habeamus. Alit. flos temporis vocatur flos iuuẽtutis nr̃e. et tũc ẽ sẽsus. Non p̃teat nos flos v tp̃e iuuẽtutis nostre. qñ fruamur q̃tum possibile est omni genere voluptatis.

Hic ẽ vna dubitacio litteãlis. Vtrum visus vini sit hominj licitus Et videtur q̃ nõ Ecc̃s.2. cogitaui a vino abstrahere ammam meam ut transferrem eam ad sapienciam. ß sñ sapiencia homo nõ potest saluari. q̃ Sapiẽcie p°. Neminem diligit deus nisi qui cũ sapiencia inhabitat. Et ideo necessarium est homini. q̃ anima sua a vino abstrahatur. 2°. ad Rõ. vltimj. Bonum est nõ manducare carnẽ q̃ nõ bibere vinũ: ß cessare a bono v tutis est vitiosũ q̃ illicitũ. ¶ Tercio q̃. Jero. dicit q̃ vinuz cum carnibus post diluuium est dedicatum. xp̃s aũt venit in fine seculorum et extremitatem retraxit ad principium. Ergo tpe legis xp̃i ẽ illicitus visus vini. Ad oppositũ est aplus ad Thi.4. Noli adhuc aquaz bibere. ß modico vino vtere. p̃pter stomachum tuum et frequentes infirmitates. ¶ Item Ecc̃s.31. Exultacio anime q̃ cordis vinum temperate potatum. ¶ Ad q̃onem siue distinctionẽ dicẽdum. q̃ p se loquendo visus vini est hoi licit? Potest tñ cõtingere p accñs. q̃ alicui homini sit illicitus. Vel ex cõdicione bibentis. q̃ forte alij ex suo fr̃o scandalizarentur. vl̃ forte quia vino de facili ledit. q̃ p̃dit caput linguam et pedes. vel q̃ per votum a vino se abstinẽ se astrinxit. ¶ Ad primum dicendum. q̃ licz hoc sit pfectionis et cõsilij. nõ tñ est visus vini ideo illicitus. Aliter potest dici q̃ sapiẽcia est duplex. Vna q̃ a deo infũditur. alia q̃ per doctrinam et studium acquiritur. Et certe ẽspũ p̃me disponit abstinencia a vino. nõ autem ẽspectu secunde. ita q̃ licẽat vinuz bibere. ¶ Ad secũduz dicit q̃ illa auctoritas allegata est tũcanda. q̃ intẽcio Apli est persuadere rõnis cõsis ad fidem q̃ nec carnib? nec vino vtantur in scandalu xp̃ianorum de nouo cõuersorum. Vñ subditur neq; in quo frater tuus offendit aut scãdalizat. Ad tciũ dicẽdũ q̃ Jẽo? vult dicere q̃ xp̃s a vino retr̃axit se tq̃ ab ipedimẽto pfectionis si excessiue sumat. Cir̃ p̃mũ notandũ. q̃ vs? immo deãti vi multiplicit noq; hoi. Est em̃ dẽtrimẽtũ libtatis. Atrimẽtũ hoẽstatis. cõplemẽtũ voluptatis. q̃ expulsiuũ fatuitatis. Est n. detrimẽtũ libtatis. Vñ p̃ma ẽdix

et ignobilitatis fuit p vinū. legimus in Gen. 9. q Noe primo plātauit vineā. Nam ante diluuium vinū nō fuit nec homines vinū bibebant. Bibens igitur vinuz īebriatus est. a dormiens iacuit in tabernaculo posteriora nudatus. Accessit filius suus cham. a p̄is verecunda nuda conspiciens derisit eum. hūc ait. ū hoc postea p̄ri. a filiū seruituti damnauit. hec fuit prima origo futuris. sicut dicit Augustinus decimonono de ciui. dei capitlo decimo quinto. In hoc autem satis innuunt quatuor mala. que ebrietas solet hominib⁹ īferre. Primo namq; p̄uat hominez vsu sensus a rationis. a facit eum deteriorē bestia. Et hoc significat Noe inebriacio. Secundo spoliat hominem diuiciis suis. Vnde frequenter magni potatores fiunt pauperes finaliter. quia q̄ amat vinum. a pinguia non ditabitur. Et hoc significat noe denudacō. Tercio reddit hominē detestabilē nō solum inimicis imo amicis. a hoc significat q filius derisit eum. Quarto q noe punit filiuz suum significat q potatores filios suos. a prolē suam mendicitati. a seruituti exponunt frequenter. Secūdo vinū imoderate sumptum est attramentuz honestatis. confundit enim. a destruit omnē honestatem. a nobilitatem q̄ corpis. a anime. Vnde Innocencius de vilitate cōdicionis humane. Quid epius ebrioso. cui fetor in ore. tremor in corpe. pmens stulta. prodit occulta. cui mēs alienatur. facies trāsformat. & Nullū enim secretum. vbi regnat ebrietas Vnde Seneca Epla 12. Nō est animꝰ in sua potestate deuictus ebrietate. quē admoduz musto dolia ipa rumpunt. a quicquid impmo iacet in fūmū vis caloris eructat Sic vino estuante quicquid īcorde latet abditum. effertur. a p̄dit in medium. Et infra dicit q t̄pe fit sibi plus ingrē q̄ venter capiat. a stomachi non esse mensuram. qꝰ multi ebriī faciunt de quibus sobriī erubescunt. Vnde dicit. nichil aliud esse ebrietatem q̄ voluntariam insaniam. extende i plures dies illum ebriū habituz. nūc quidem de furore dubitabis. nunc quoq; non minor. sed breuior. Refert Alexander macedonis exemplum qui dericum sibi carissimuz ac fidelissimum inter epulas trāsfodit. a intellectu facinoē mōl voluit hec Seneca. Fingit a quodam ymaginē ebrietatis sic fuisse depictam. ut ymago pueri cornu habēs īmaūa in capite coronā de vitro Puer erat. in signū q facit hominem elinguē. insensatum more pueri. cornu habebat in manu. i signum q nullum zelat secretum. sed damando. a dando zuelat. coronam habet vitream quia reputat se gloriosum. a diuitem. qui est ebrius. cum nichil habeat. Et ideo inuenimus vinum fuisse prohibitum tribus. scilicet virginibz sacerdotibus et regibus. Prouerbiorum decimoquarto. Luxriosa res est vinum. et tumultuosa ebrietas. Ieronimus Epistola nonagesimaquinta. Si experto credit hō primū moneo ut spōsa xpi vinū fugiat p venenō. Vñ apō

mala q̄ ifert hōi ebrietas

mollit

antiquos vinum ꝓhibuit venenum Leuitici. 10. Sacerdotibus ingressuris tabernaculum ꝓhibitum erat ne biberent vinum. Regibus eciam erat ꝓhibitum Prouꝫ. 31. Noli dare regibus vinū o lamuel. Val. li°. 2. c. Primo. Vsus vini rōnis feis erat ignotꝰ ¶ Tercio vinum est cōplementū voluptatis. Verecundia namq; bona multos cohibet a peccatis: et ideo v illa p vinum aufertur voluptas q̄ latuit in corde sn̄ pudore se detegit. Vñ Seneca in epla. 120. Vbi supra. Plures pudore peccādi q̄ bona voluntate ꝓhibiti fuit a scelere. Vbi autem possedit aiam minima vis vini: quid q̄d mali latebat emergit. Et iō ad Eph. 9. scribit Nolite inebriari vino in q̄ est luxuria: sz effunde. Exemplum de loth gen. 9. a Eccl. 31 Multos enī exterminauit vinū ¶ Quare vinum est experimentuz fatuitatis. q. homo sit disposit? ad q̄cūq; malum in ebrietate: ꝑt de eo capi experimentum Eccl. 31. Vinū cordata fuerorum ag̃uita odit a prodit .l. xxij.

Oronem? nos vobis añ q̄ marcescat: nullum ptū sit q̄ nō ptūseat luxuria nostra. Nemo nostruz exps sit luxurie nostre. Vbiq; velim quas? signa leticie: qm̄ hec est ps nostra ¶ Dolta inuitacō e q̄re ꝑbi se inuicem inuitant ad potus ebrietatem: ꝑponitur inuitacio qua se alliciūt ad superbie vanitatem a ad carnis voluptuositatē Et in h° text̄u ta fiunt. Nam ꝓmo se inuitant ad superbie vanitatem. Secūdo ad luxurie voluptatem. Tercio vtriusq; ponūnt libertatem. Secunda ibi. nullum ptum. Tercia ibi. Rm̄ hec est ps nostra. Primo g̃ aiant se inuicem ad ornatū superbie a luxuriē dicētes. Coronemus nos rosis.

Nota q̄ re ꝑbi in pīti coronant̄ corona lasciuie: ꝫ i futuro cröbū̄ t̄ corona miserie. Vnde cuiq; eoz dicit ysaie. 28. Coronās corona bit te tribulacio. Et tūc lugebūt et plangent de eo: de quo modo rident dicentes illud Treñ. 5. Defecit gaudium cordis nr̄i: versus ē in luctum chorus nr̄: cecidit corona capitis nostri: ve ꝙbis quia peccauimus Et ideo cōuenient dicūt q̄ volūt coronari rosis: ad sciēduz q̄ omnis mundi lasciua breuis ē et trāsitoria ¶ Rosa enī habet odoris iocunditatem decoris speciositatem et vitoris breuitatem. In t̄ spinas crescit. a sic lasciuia mūdi nō est sn̄ pūctura cōscie. Licz enī gaudentes in odoribus rosarum nō dicamus inꝑpatos sicut dicit Aēs. 3°. Ethicoruz. c. 12: Tñ delicatus ornatus satis idicat mētis lasciuiam Eccl. ix. Amictus corpis et risus dentium et ingressus hominis: annunciant de illo Vnde Seneca epla 88. Omnium rerum si obseruentur idicia sunt i argumenta moz ex minimis: licet capere impudicum et incessus oñdit et manꝰ mota et interdum vnum respōsuz et relatus ad capnt digitus reflexus oculorum improbum. risus insanum vultus habitusq; demōstrāt. Illi enim in apertum per notas exeunt qualis quilibet scit sciēs. si quemadmodum laudes aspexeris de scō Lodouico legi? q

Eg. 6. c.

serta de rosis seu alijs cāpillos pro
hibuit fue ꝓli portari ferijs sertis:
ꝓpter coronam impositam spineā
tali capiti saluatoris. Sequē. nul
lum pratum aē. Vbi se mutant
ad luxurie voluptatem. Hanc āt
voluptatē icegrare nituntur ex tri
bus causis seu circūstancijs: vide
licet ex locali amenitate. ex socia
li commūitate quia nullius sine cō
sortio iocunda est possessio. ex diſ
soluta iocunditate. Quātū ad pri
mū dicunt nullum pratum sit. q
nullus locus sit delectabilis in q̄
non luxurie murut amenitas loci
conferat delectionem Quantū ad
secundum dicunt nemo exsors sit
id est expars sit luxurie quasi di
cerent luxuria nostra cōmunis sit
ommibus ita ꝙ sit libertas. licē
cia generalis peccandi et alios ad
peccatum trahendi. Nota ꝙ luxu
ria est quasi morbus contagioſꝰ:
sicut lepra vel scabies. Si hō mul
tum tractat cum leproso. de facile i
ficitur. Et ideo solent leprosi expel
li de ciuitatibus. Sic est de libidi
nis si fuerit vnus talis in vna soci
etate vel familia. ipse solus de cēm
alios attrahit ad peccatum Quan
tum ad tercium videlicet diſſolu
tam iocunditatem dicunt. Vbi q̄ē
Imquamus signa leticie nostre. vi
delicet cātu. tripudio. festis. ludis.
Vltimo subūngit causam hu⁹
libertatis peccandi. videlicet quia
homo non potest plus habere in
hac vita nec restat aliqua alia in
futuro. Et notate ꝙ isti sunt pseu
do predicatores. a deo contrarij.
Nam sicut dicitur ysaie xl. vocat
dominus ad fletum. et ad planctū
et ad caluicia. et cingulum sacci. et
isti per contrarium vocant ad le
ticiā dissolucionē de ordiatū ludū.

Dubitacio litteral. Vtrum formi
cacio simplex sit peccatum morta
le. videtur ꝙ nō. Pctm̄ mortale nō
cadit sub dn̄ico precepto. sed for
micacio cadit sub dn̄ico precep
to. quia Osee i. preceptū fuit ꝓphe
te. Vade et fume tibi vxorem formi
cariam. ℣ ꝓp antiqui patres hoc
fecerunt sine reprehensione. Gen̄.
26. Abrahaz ingressus ē ad agar
ancillam suam. Jacob ad ancillas
vxorum suarum. et celfā. Et Gen̄. balā
36. Judas accessit ad thaār quā
estimabat meretricem. ℣ ꝓp sup
illud Deut°. 24°. Non erit meretrix
de filiabus israel. glo. dicit. Ad e
as prohibet accedere quarum ē ve
nialis turpitudo. Ergo formicacio
nō est nisi venialis turpitudo. ℣ ꝓp
super illud ad Thimo. c. Exerce
te ad pietatem dicit glo. Ambro
sij. Omnis sūma discipline xp̄iane
in mia pietate ē. quā si aliquis se
quēs lubricū carnis paciat sine
dubio vapulabit. sed nō peribit

Ad oppositū est Apl's ad Gal'
v. Manifesta sunt opera carnis. q̄
sūt fornicaō. et. q̄ talia agūt regnū
dei n̄ possidebūt. ß nl' excludit a reg
no dei n̄ pctm̄ mortale. ℣ ꝓp Deut°.
23. Nō erit fornicator de filijs isrl'.
℣ ꝓp. 22. q. 2. fornicaō enūcat ite viti
a ēmialia. Et ad Heb. vl. Fornica
tores. et adulatores indicabit deus
glo. Judi° gn̄ali ecclie dāpnacōis. ℣
Ad q̄onē dd. ꝙ sic. qz phibet sub
vitacōe pene etne sicut ia allegatū
ē. Sō q̄re dz inhiberi ē qz cōtraria
ē bono finis potētie gn̄atie collate.

hominī a deo Bonum enī geneacionis humane est duplex. Corpāle et spirituale Corpāle ē cōpuacio spēi: sicut dicitur 2°. de anima Spirituāle ē implecō numeri electōrū. Ad pmum requiritur corpāl educacō filiorum. Ad secūdū: informacio ī fide et īs moribus et illud ē bonum prolis: qđ cōnumerat ad summum bonum mrīmonij. Ecōtra tam ad educacionez corpālē q̄ ad informacionem moralem. Secūdo duo requirūtur: certa cōgnicō plis. q̄ haberi non posset nisi mulier eēt appropriata vni viro: vel saltez; nullomodo haberi posset ita bene in diuisa cohabitacione: ad quam requirit insepabilis vnio cōiūctio et mulieris Ideo lex mrīmonij requiritur ī hoībus ad consequendum debitum finem generacionis humane. et iō magis cōcubitus contra caritatem ē quaz homo debet pli gerā de Ad primum dicendum de pheta. q̄ dispēsacio dī fecit nō eē peccatum. qđ alias peccatum fuisset: sicut de hoīcidio qđ Abrahaz in filio suo voluisset cōmisisse. Ad secūdū dicēdum q̄ Abrahā a Jacob plures habuerunt vxores. Vnde non fuit fornicacio. Vocabantur tn cōcubine: q̄ cum duo cōuenīant ī vxore viz insepabilī cōiūctio: et familie coadministracio in quantū est socia. Prima habuerunt cōcubie: et secām nō. Prima fīebat mrīmonium: secunda non. Vnde fuerūt vxores quo ad thorū: nō quo ad regimē familie. Sm q̄ vxores nostras matresfamilias vocam. De inda vero cōcedendum est q̄ peccauit mortaliter. Ad tertiū dicēdum q̄ vera littera est venalis nō venialī. Ad quartū dicēdū q̄ pietas iuuat hominem vt liberetur a morte eterna. si tamē desistat et pnitcat.

¶ Notandū est hic q̄ non solum consensus in actum peccati mortalis est peccatum mortale. sī etiā cōsensus in delectationē peccati mortalis: est peccatum mortale. et ideo oscula amplexus a tactus q̄ fiūt ꝓpter delectationem inordinatam sūt peccata mortalia a vocātur oscula libidinosa vel tactus libidinosi

¶ Circa materiam pēnitentis cōmis q̄ est tota de voluptate carnali ē notandum breuiter. q̄ ipsa multiplicitēr est nociua. Nam ipsa ē effectiua vigoris potencie militaris. accumulatiā doloris a displicētie singularis. offuscatiua decoris a sapiē salutaris. Prima ē effeminatiua vigoris a potēcie militalis. In cuius figurā sapson dum dormiuit in sinu dalide. strēnuitate solita exiuit spoliatus Judicū 16. Persona q̄cūq̄ dormit in sinu dalide. q̄ se negligēter confert voluptuose vite: spoliatur vigore fortitudinis Vnde fingit Ouidius. 17. Methā. de fōte salmacō: q̄ talis erat vtutis q̄ sexū abstulit viro qui se balnearet in eo. Isto modo euenit de voluptate. Nam si homo militalis debalneet in delicijs voluptatis: effeminabitur et mollietur. et animositatez amittet Vnde narat Valerius. li. 9°. q̄ Cornelius scipio missus ī hispaniā eo mometo q̄ castra intrauit. edixit vt oia q̄ voluptatis causa cōparata erāt auferrēt a sibi monerēt. Vñ fit duo milia strorum

Collō

et sēr

E 7.

leguntur abisse ab exercitu romanorum. Et notandum q nobilissimi principes q nec velle nec armis vinci potuerunt p luxuriam cecidere runt sicut narrat Valeri⁹ li. ix. c. pmo de Hambale duce carthaginensi quē mulier quedam prodicatose romanis tradidit occidendum. Campana mq luxuria sua inuictum hannibalem armis suis illecebris amplexa vincendum romano militi trdidit. Vnde fingit Ouidi⁹ de arte amandi li. 2. q Mars qui deus est bellancū captus est cum venere vxore vulcani inuisibilib⁹ cathenis ligatus a omnibus diis celestibus in derisionem ostens⁹ e. Cui historie alludens Valeri⁹ ad Rufinum de vxore non ducenda dicit sic. Mars qui est deus bellācium demeruit triumphorum failiari frequencia in quibus expedit maxime pmpta strennuitas. nil sibi metuens a vulcano ligat⁹ e cū venere inuisibilibus cathenis sensibilibus tamē. hoc aūt et ad applausum satiroū a derisum celestis curie Vult dicere q vulcanus fecit cathenas inuisibiles a posuit eas i lecto veneris in quib⁹ dum mars intrasset lectum veneris captus a detentus donec tota celestis curia eum conspexisset Exemplum de holoferne Judith. 12. De talibus dicit Job 36. In tempestate anima eorū a vita eorum inter effeminatos Sed voluptas est accumulatiua dolorū vel meroris a displicētie. quia naturaliter post voluptatē sequit displicencia Vnde Boeci⁹ 3. de cō. p. 1. Quid aūt de corporis voluptatib⁹ loquar quarū appetencia quidē plena est anxietatibus satietas vero pme quantos ille morbos q intolerabiles dolores quasi quendā fructus nequicie fruencium solet inferre corporibus quorum motus quid hēat iocunditatis ignoro. Tristes vero esse voluptatum exitus. q si quis remissa volet libidinū suarum intelliget. que si beatos explicare efficere possunt michil cause ē q̄ pecudes quoq beatos esse dicantur. quarum omnis ad explendā corporalez lasciuiam festinat intētio. hec ille. Et infra metro sequēti comparat voluptatem api. qui est in eodem loco pmo fūdit mel sedendo a infigit aculeum recedendo. Vnde dicit habet hoc omnis voluptas stimulis agit fruētes apium q peruolancium Vbi grata mella fudit a nimis tenaci ferit ictu corda morsu Hec prudēt adūterat Demostenes ille pbus famos⁹ a quo tays solempnis meretrix de corintho centum talenta pecijt pro vno concubitu. At ille in celum suspiciens ait Non emo tanti penitere. id est pro tanto precio non emo penitere. quod tamē necessarium foret si tua fruerer voluptate In cuius figurā fingit Ouidius metb. li. 10. q virgo que dā noie mirra pris desiderauit incestū a desideratū ipetrauit adiuante nutrice. tandē cui eēt preceptū fuga ē a pre a in tantā tristiciā incidit. q fletu suspitijs a gemitibus alterata conuersa ē in arborem sui nominis que adhuc guttas amarissimas quasi lacrimas de se fūdit signū q voluptatē illicitā corpis

ppetuus sequitur dolor meritis.
Tercio voluptas carnal' est offuscatiua decoris a sapientie salutaris. huius exemplū habemus in salomone rege qui femore sua inquinauit mulieribus a posuit maculam in gloria sua Cui hystorie Valerius ad Rufinum sic alludit. Sol hominū salomon thesaurus delitiarū dominī sapiencie singulare domicilium crasso tenebrarū fuscat⁹ attramento lucem aīme fue odore fame fue gloriam dom⁹ fue amore mulieris amisit a postremo inquinatus coram balaym ex ecclesiastico dono mutat⁹ est in membrū dyaboli. ¶ Leō tz.

Opprimamus paupem iustum a non pceamus vidue nec veteranos reueamur canos multi temporis sit autē fortitudo nostra lex iusticie Quod ei infirmū est inutile inuenit. ¶ Posita inuitacione per quā reprobi peruersi alliciunt a prouocant se ipsos ad peccata lasciuie corpal': Hic ponitur eorū inuitacio qua se inuicē amant a inuitant ad pctā iniusticie fraternal'. Et circa hoc duo fiunt Nam primo loquunt impīj generaliter. Secō crucifixores xpi specialit ibi. Circūueniam⁹ Circa primum duo fiunt Nam primo se hortantur ad iniustorū oppssionem Secō legem quam faciūt statuunt ad eorum defensionem: ibi Sit aūt fortitudo nostra. ¶ Circa primum sciēdū q quatuor generibus hominum soleut hoies pcere etiaz valde mali. videliz Pauperibus ppter impotenciaz. Justis propter innocenciā. Viduis ppter clemenciam. Et senib⁹ ppter reuerenciam. Hec enim omia dictat ratō natural' cōpassionis. sed isti vilissimi homines cōtra tales ītra se conspirant. Vñ dicunt Opprimam⁹ pauperem quātū ad primum Justū q̄tum ad secundum Et non pcem⁹ vidue quantū ad terciū. nec veteranos reueream⁹ canos multi temporis q̄tum ad quartū. Sit autez fortitudo nostra lex iusticie. Dozq oppositā dicit tam ratō q̄ scriptura. ysaie primo Querite iudicium subuenite oppresso iudicate pauperē defendite viduam q̄tū ad quartū Leuit. 19. Coram cano capite assurge a honora psonam senis. Vnde poeta. Magna fuit quō dam hoīm reuerencia cani Necq; suo precō ruga senil' eat. Non sensit Ouidius (sic) de arte amandi q̄ dicit li. 3°. de talus. Turpe pecus mutilū turpis sine gramine campus Et sine frō de frutex a sine crine caput. ¶ Vñ nōnō q̄ signāt i textu connectit pauperez a iustū q̄ rō habet ad q̄s dines q̄n aliq̄mō sit iust⁹. Vñ diligēter notādū an hec sit sīa hoīz moderno q̄ nec paupibus. nec iustis nec viduis. nec senib⁹ vllis pcūt Amouēt a se hoies mūdani viscera oppassiōis oīno a īduūt se viscera crudelitatis vt nulli parcāt. de cui⁹ dampno lucrum exspectant dicit Ouidius xv. metha. q̄ est fluuius quidam cuius aqua bibita reddit viscera bibentis sarrea a quicquid intingitur in illa aqua fit lapideum. Vnde dicit flumen habent citones q̄ potum sarrea reddit. Viscera q̄ tactis inducit

26.

a

matmora tebꝰ. Fluuiꝰ iste ē cupiditas ordinata diuiciarū: eꝰ affectiones puā animā caritate a pietate. Vnde de talibus verificat illud Ezech. 36. Auferā cor lapideū de carne vestra: et dabo vobis cor carneum. Conēr ibi. Sit autem fortitudo nostra statuūt illi imq legē ad suam defencionem dicētes. Si cōtingat q obiciatur nobis ab aliis q faciꝰ cōtra legem tene fiet q sit loco legis fortitudo nostra: ita q oēs nob oppugnātes opprimamus: nec aliam legem habeaꝰ: q omnes legista dz habere colorē iusticie. Et ideo subiūgunt. Q8. n. infirmū est: inutile iueitur ad nostrā sez lasciuiam puocādam. Et nota q illi qui nō sunt vtiles per oblationes a munera: a bistis maioribus cōit opprimūtur q̄uiocūq sint iusti. Isti autem q̄ sunt vtiles: eciam si sint iniusti supportantur. Vnde nota q opprimunt tiranni p pōz a p violenciam Jacobi. 2°. Nōne diites oppīnt p potēciā? oppīmūt aduocati p sapienam. Exoꝰ 2. Venite sapienter opprimamus eum. et ysaie 10. Scribētes iniusticias scripserunt: vt opprimerent in iudicio pauperes: opprimunt plati p negligēciam: Re. 3. c. 3. Dominus quippe oppressit eum. Dubitacio pt esse. An licet p potēciam opprimē primuz Videtur q sic. Licet pdari a rapere ab hostibus: g licet eos opprimere. Cōna ptz: qa rapere ab aliquo substanciā vnde viuit hoc est eum opprimre. Añs ptz: Ambroꝰ liº. suo de priarchis et per cōsez vsum bellorū ℣ p. infideles primi fuit: q oīs hō pri

hoīes

Dñi°

b

mus est ꝑ illud mādatū. diliges primū tuuz: ꝑ sm Augꝰ in epla ad Vincētiū donatistā. Res iquit falso appellatis vestras: q̄s nec iuste possidetis. Et sm legē terrenoꝝ regum amittere iussi estis: ergo ab infidelibus pt homo iuste rapere ℣ pp. domini et principes a sbditis suis multa violēt extorquēt q8 ad oppressionem pertinet: ꝑ n est credendū q tā nobiles errēt: ergo est licitum. ℣ pp. verberare homnez pertinet ad oppressionez: ꝑ hoc licet dnīs: q licet eos verberare seruos suos. ergo licet hoi opprimere hominem ℣ Ad opositū ē illud leuitici. 19. Non facies calumpniaz primo tuo. ℣ Ad q̄oez dicēdū q opprimere est aliquez cōtra vires et voluntatem p̄mere. Hoc autem fieri potest dupliciꝫ. Vno mō ꝑ ordiem iuris: sicut pī opprimit a verberat filios suos quibꝰ tenet castigacōez. Alio mō cōtra ordinem iuris: sic tirāni opprimūt subiectos. Et hoc ē ꝑpe opprimere aliq̄ cōtra ordinē iuris: debilitare. vel in rebz vel in persona. Et hoc q est contra caritatem: est illicitum. ¶ Ad p̄mū q̄od est de hostibus a ē iustum bellum aut iniustum: si ē iustum ea q̄ per bellum acq̄runtur eoruz efficiuntur nec ad restitucōez tenēt. ℣ Ad secūdū dicēdū q bona ifideliū nō licz p̄uatis auferre: secꝰ ē de hiis q̄ pub̄ā auctoritate fugūt: subdūt em legibꝰ p̄ncipū terenoꝝ ℣ Ad 3. dicēdū q̄ p̄ncipes extorquēt qđ ē necessariū rei pubplice defēdē. a tūc licz subditi iuste soluāt ipi ñ fūt in periculo. Aut extorquēt qđ ñ ē necessariū: tūc fūt oppssores a raptoꝝ

qr̃ remota iustícia magn̄ regna nõn
sũt ñ magna latrocinia: sicut dicit
Augº q. de ci. dei. Vñ ad ẽstitucõez
tenentur. hoc caueant cõfessores
dominorũ quia longe aliter q̃ ali
ud est loqui de regibus: q̃ de dñis
istis paruis. ¶ Ad quartũ dicen
dum q̃ nullilicet aliquem vertrã
re ñ eius iuris cui subditus: ut eũ
instruat. sed fm leges licet eum ĩ
struí. q̃ si deficiat licz eũ pervertrã
tionem ad legem reducere: q̃ idẽ de
filio potest pat̃ de pauptate est
sciendum q̃ tripler ĩ hominibus
reperit pauptas. Est enim paup
tas egestatis. paupertas honesta
tis. et paupertas vãitatis Prima
a hõe loquẽdo de legẽ modo cõmmuniter vsitata. Tercio differẽ iustus a impius in paciendo qa iustus sustinendo aduersa se exhilaret Iniustus sustinendo semper remurmurat. de iusto puerb. 12. Non cõtristabit iustũ quicqd ei acciderit. Item pũ. 10. Labia iusti considerant bñplacita. a os impiorũ peruersa. Quarto dñr petẽdo quia iustus i bene viuendo seper se accusat. ipius maleviuendo semp se excusat. de iusto 18. pũ. Justus prior accusator est sui Et i eodem Impius cũ in pfũdũ pcõz venerit contempnet. Item Jo. 1. Os impiorum operiet iniquitatez. ¶ Notandum qp anime iustorũ i presenti i manu dei multipliciter fũt. Sunt enim in manu dei supportantis In manu dei confortantis In manu dei castigantis In manu dei conseruantis. Primo sunt i manu dei supportantis Nutrix em puerum incipientem incedere cõtiẽt inter manus a ex ea parte q cadẽ credit supportat manũ supponendo ne cadẽs ledatur Xps est nucleus noster Ozee. c. Ego enim nutricius effraym a brachijs meis portabo eos. Effraym interpretat crescens a figníficat nos viatores qui crescere debemus de virtute in virtutem due manus dei iusticia a misericordia in ps. In manꝰ tuas cõmendo spiritum meum. Justicia dirigit ut bene incedamus Misericordia subleuat ne nimis ledamur i ps. Cum ceciderit iustus nõ collidetur quia dominus supponit manum suam. Secundo sunt in manu dei confortantis Eze. 3. Manus enim dñi erat mecum confortans me. Falco nobilis pascitur a creatur manu domi sui Alias si cibum haberet in suo regímine a uolaret a domino suo. Ideo deus sic nos pascit beneficijs qp semper ea tenet in manu sua quã manũ quando vult claudit a patimur egestatem. et quãdo vult aperit et habemꝰ copie largitatẽ in ps. Oculi omniũ in te sperant dñe et tu das escam illorum in tẽpore opportuno Aperis tu manũ tuam et imples omne animal benedictione Et iterũ in ps. Aperiente te manũ tuam omnia implebuntur bõita te. Alias enim homo a deo auolaret Ozee. 9. Effraym qsi auis euolauit. Sic qui nimis habundant terrenis auolant a deo. sicut falco a domio suo quando nimis saciat. 3° ¶ Tercio fũt iustorum anime i manu dei castigantis. Quando enim medicꝰ manu sua ꝓpinat ifirmo a pretemptat bibendo faciens sibi credenciam licet medicina sit valde acuta tamen infirmꝰ acceptat Xps medicus est et calicem pregustauit tribulacionis. quez nobis pro remedio infirmitatis peccati propinat in presenti. Et ideo castigacões suas filiali benignitate suscipimꝰ in ps. Hunc humiliat a hũc exaltat. qz calix i manu dñi vinum meꝰ plenꝰ mixto. ¶ Rẽto fũt iustorum anime in manu dei conseruantis. Vnde illud quod homo continue in manu tenet illud bñ ofuat. Xps ãt i maibus fuis nos fuat. Solz ecclõ dicẽ qñ hẽt nom alterius scriptũ i libro suo habeo illum in libro meo. Christus

aūt nos in manibus tuis scripsit
ita q̄ ñ p̄t nīm obliuisci p̄ saie 49.
Nūq̄ p̄t mulier obliuisci infantē
suum vt nō miserea tur filio vteri
sui. ⁊ si illa oblita fuerit ego tam
non obliuiscar tui Ecce in manib⁹
tuis descripsi te. sed tamen aliē ha
bet animas iustorum et aliter ai
mas peccatorū quando em̄ ita est
q̄ aliquis est dom̄n⁹ alic⁹ mane
rii ⁊ dimittit illud in aliena custo
dia ita q̄ alij ad certum terminū
capiunt fructum illius. dicim⁹ q̄
licet maneriū sit talis dom̄ni non
tamen est in manu sua. sed tūc p
prie quando inhabitat ⁊ recipit
fructum et vsum tunc dicim⁹ eē
in manu sua Modo dominus bñ ē
dom̄n⁹ peccatorū et tamen non
inhabitat eos per gratiaz. nec reci
pit fruct⁹ ab eis. et ideo nō aīme
peccatorum sed aīme iustorū in
manu dei sunt. Lēō 32.

ET si coraz hominib⁹ tor
mēta passi sūt spes illorū
imortalitate plena est In
paucis vexati. in multis bene dis
ponentur Quoniā deus tēptauit il
los et inuenit illos dignos se p⁹
q̄ spūs sanct⁹ declarauit quid in
sti habies percipient in futuro eter
naliter Hic cōsequēt oñt quid su
stinent in presēti tempaliter. ⁊ q̄
pene quas sustinent et p̄mia q̄
percipient sunt contraria ideo fa
ciens quādaz cōparacōem vtitur q̄
dam colore rethorico qui dicitur
antitesis. Quasi cōtraposicio vl̄ ā
thiton vel contencio ſz Tullij ī
rethorice siue Et est figura tal q̄ñ
aliquis in locucione cōtraria con
trarijs contraponit sicut facit A

postol⁹ ad Cor. vi. p infamiaz ⁊ bo
nam famā a dextris et a sinistris
et Eccī. 33. Contra bonum malūm
cōtra vitam mors. Sic contē virū
iustū peccator Isto gñē eloquētie
vtitur spūs sanct⁹ in isto textu
ostēdens q̄ illa que sancti pacū
ē in presēti nō sūt eqlia illis que
p̄cipiūt in futuro p̄mio Et po
nūt tres antitheses cōsequnt Sācti
em̄ in presēti tribulant. vexantur.
⁊ temptant. tribulant ī pēis. vex
ant ī verbis. et temptant ī dīnis
p̄missionib⁹ Sed cōtra Tribula
cōnes penaz habent spem imorta
litatis. Contra vexacōez cōtume
liarum habent spem eterne trāql
litatis. Et contra diuinā tēptationē
habēt precipue dignitatez. Et dicit
ergo primo ponens primā contra
etatem Et si coram hominib⁹ tor
mēta passi sūt. Coram hoīb⁹ q̄ tm̄ exte
riora vident p. Reg. xvi. Dō vidz
ea que parent. Tormēta passi sūt
in corpore sustinēdo. spes illorū im
mortalitate plena ē. hoc dictu spe
rauerūt a dño p fua iustitia p̄mi
ari et illa spes est plena et nō va
cua sicut malorum de q̄ ifra ī isto
capl̄o. vacua spes illoz vñ spes il
loz ñ ofūdit ad Rō. v. Secda an
tithesis ē talis sancti sūt ī presēti
vexati vbis ocumeliis ⁊ iurijs tm̄
hec sūt pauca ī respcū illoz q̄ ad
fuā bītudiez aggregabūt. q̄ fm
Boecīū bītudo ē stat⁹ oiz bōruz
aggregacōe plēs. Et iō dic. ī pau
cis vexati ī mltis bñ disponētur.
Mltūd paucū sic mgnū ⁊ puū sūt
ēlia sic pz ī pūtis c. 8 q̄titate Vñ
si illa q̄ patimur ī pūti opent ad e
a q̄ dabūtur ī futuro pro mercede

i se valde mlta vitēt·tñ i opacõ
ne dloꝝ valde pauca ad Rō·8.
Nō fūt ꝺigne passiões hȳ tpis
ad futurā glaz q̄ reuelabiē i nob·
Tercia ātithes ē talꝫ deꝰ tēptat
sāctos i pfeti·ꝫ nō ad eoꝝ ꝺtmē
tum a electionē· sed ad eorum e
molimētum a promocionē· Vñ
dicit q deus temptauit illos a in
uenit dignos se id ē sua societate
a dilectõe· Et notandū q diffici
le a virtuosum ē q homo fiat dig
nus deo· Ad hoc enim requiritur
pfectus mundi ꝺtēptus Vñ xp̄s
dixit Math·10· Qui amat patrez
vel matrem plus q̄ me non est
me dignus· a qui amat filiū vel fi
liam plus q̄ me nō est me dignꝰ
a qui non accipit crucem suam et
seq̄tur me ñ est me dignꝰ Ergo q̄
cumq vult dignꝰ esse xp̄o opꝫtz
q seipsum ꝺet pro xp̄o· Huius de
monstracio est· quia demōstrato
q̄cūq hoīe ꝺtigit sic āgue ā iste di
ligit xp̄z plꝰ q̄ filios a filias a seip
sū l ñ· Si nō· ñ ē dignꝰ xp̄o· Si sic
ꝺat se p xp̄o· q̄ q̄ ñ accipit crucez
a sequit xp̄m non est eo dignus·
Notandū q temptare improprie
cõuenit deo quia temptare est ali
quid expiri ut habeat eius cogni
tionem sicut homo temptat vinū
a magister discipulū· Aliter dicit
temptaē expiri aliquē cū intencõ
ne manifestandi cõdiciones eius
alijs· Primo modo deus temptare
nō potest· Sed Secꝺo mō Vnde Ge
nes·22· Temptauit deus Abrāhā
Tercio mō dicit temptare callide
accipere expientiaz alicuꝰ hominis
cū intencõne decipiendi· a sic pri
e cõuenit ꝺyabolo a nullomodo
ꝺeꝺ·q̄ Ja·pº ꝺicit Nemo cū temp
tatur ꝺicat Quia a deo temptor
deus enī intemptator est malo
rū Ipse enim neminem temptat·
Glo·deus temptat nō seducendo
ad malū· ꝫ exercendo ad meritū
Aliter potest expoi sic·deus temp
tat illos· temptari pmisit· Et Coll
notandū q deus electos suos tēp
tari pmittit specialiter ꝓpter tria·
Primo ad exercēdū nostre natu
re pbitatē qui habemus vsum li
beri arbitrij p gtiam informati si
velimus· Si rex ꝺedisset arma q e
quū nobilissimū ācui militi· ille p
biter a viriliter i bello p honore re
gis se exponeret a amore· rex non
imerito eum accipet· Xp̄us rex de
dit nobis arma liberi arbitrij auz
equo corpis nostri a sunt quasi si
milia armis dei q ad ymaginē a
silitudinē suā fecit hoīez Gen̄·pº·
a ad Ebr̄·6· Jnduite vos armatu
ram dei ut possitis ēsistere aduer
sꝰ insidias dyaboli· g nos p hōre regis
nī nos vilē exponam⁹ alioqñ nos
metipos decipi⁹ a dāpna⁹ Job·v·
Tēptacō ēvita hoīs fūt frā· sic deꝰ
tēptauit Abrāhā ꝺ imolacõne filij
sui vnigeniti Gen̄·22· Sic eē oēs su
os aios tēptai pmittit Tobie·12·
Quia acceptꝰ eāt deo nēce fuit ut
deꝰ tēptarz te· Cōstātinꝰ ipator vo
luit pbaē q̄ de familia sua eēnt viri
xp̄iai a fideles nē· Ita xp̄s pmittit
viros catholicos a mūdo tēptai et
q̄ mūdanā glaz q̄ ē q̄i ydolū ado
rāt ꝺ suo expellit fuº· q nemo pt
duobz dnīs fuiē· q̄ ydolū adorare
contempnit in suo ētinet famula
tu· Et omnis cristo seruiens nē
cessario habz tēptai ꝓpt qꝫ signꝫ

dicit Eccl. 2. Fili accedens ad fui
tutem dei sta in iustitia a timore et
ppara aiam tuā ad temptacōem.
Secdo pmittit nos deus temptari
ad retundēdum nostre censure va
nitatem. nisi em temptaremur mi
mis ꝓpter defectum nostre cogni
tionis a expientie de nobisipsis su
pbiremus. Et ido dementer pmit
tit sanctos suos de sua carne temp
tai sic de Paulo patuit Et ad Cor.
12. he magnitudo reuelacōnuz ex
tollat me datus ē michi stimul9
carnis mee angelus sathane qui
me colaphizet. ō hoc loquēs Gre
gori9 9. moral. c. 36. dicit. Super
na dispēsacio id circo nos tota ītē
tione seruiētes carnis nostre tēp
tacōibus pmittit cōcuti. ne mēs
nostra i supbiam audeat psūp
cione sue securitatis eleuari ut dū
pulsata trepidat in solo audtois
adiutorio fidēz robusti9 spi figat
Et 19. moral. c. 3. Exponens illud
Apli ad Rō. 7. Video aliam legez
in mēbris meis repugnantem le
gi mentis mee a captiuū me ducē
tem in legem pcti que ē in mēbs
meis. dicit sic. Ad yma trahit ca
ro ne extollat spirit9. Et ad sūma
trahit spirit9 ne prosternat caro.
spiritus leuat ne iaceam9 in infi
mis caro aggūat ne extollamur
ex sūmis Sicq; ꝑm Greg. quodā
recto moderamine fit. ut carne de
pmente. si non prosternēte homo
desperationis lapsuz caueat a spi
ritu eleuante a temptaciones sen
tiēte supbie casum euadat. Et sic
dum spiritus trahit caro retrahit.
subtilissimo mēmi iudicij moderā
mine infra sūma a infima in quo
dam medio aiam libratuit hec.
Gregori9. Et ideo signanter petiuit
ps. Proba me domine a tempta
me. ure renes meos a cor meū. glō.
proba me. id est iudica me cē ꝓ
batum non tibi quia omnia nos
ti. sed michi a hominibus. Nisi ei
temptares negligentes essemus
Notat ibi glo. q aliter temptat
deus. aliter homo. aliter dyabol9.
Deus ut eruditat. homo ut sciat
dyabolus ut seducat Vnde dicit
metrice. Dat tria temptaē seduce
re scire probare. Nota de puella de
qua narrat Cesarius In cuius fi
ne ideo signanter dicit Apls ad
Cor. 13. Temptacio nō apprehen
dat vos nisi humana. Tercio
deus nos temptari pmittit ad
promerendum vite future felicita
tem Ja. ꝑmo Beatus vir qui suf
fert temptationem quoniam cū
probatus fuerit accipiet coronaz
vite. Et q̄uis dyabolus omnes
temptet. aduersus tamen perfec
tos prelatos a religiosos maxie
exardescit Vnde Petrus Raua
nensis in quadam epla Mund9
aduersus desertores suos fortius
pugnat a egredientes vite secula
ris illecebras grauior concursus
exspectat. Nam a in exitu israhel
de egipto pharao vehementius
exardescit a sathanas egredies
ab homine quem ab infancia te
nuerat ipsum grauiꝰ in egressu
discerpit Et ido Hugo de daust°
aime libro ꝑmo. religiosos istru
it que sūt cause tēptationū. Prīa
ē loci amenitas ut ciuitas a opida
q̄ nō tantū ex situ loci amenitatez
recipiunt. si ex inhabitantiū grā

15

66

Secunda causa ē locus diuiciarū vbi enim diuicie ibi pericula. Tercia vero causa est preciosus ornatus equorū q pinguiū cura et vestimentorū exquisite varietates. Quarta autem mulierum species quarū vox blanditur auribus et facies oculis. Istas occasiones viriliter cauēam⁹ quia temptatio non ledit nisi obediamus et hoc est quod metrice dicitur. Hostis non ledit nisi cum temptatus obedit. Est leo si cedit si stat q̄si musca recedit. Et hoc est quod p̄mittit a postol ad Coř. 10. Fidelis deus q̄ non p̄mittit vos temptari sup illō q̄ potestis ꝑ faciet cū temptacōe etiam p̄uentum vt possitis sustinere. aē.

Lectio 33.

Tamq̄ aurū in fornace p̄bauit illos et quasi holocausti hostiam accepit illos et in tēpore erit respectus illorum. Declarato q̄ iusti in p̄seti multipliciter tribulentur. Hic ostendit qualiter per tribulacōnuz tolerantiam a deo acceptant. Et circa hoc duo facit quia p̄mo ost q̄ pena iustorum est veremēs argumentū diuine dilectionis. Secundo q̄ ei correspondet euidens emolimentum remuneationis ibi. In tempore. Penā igitur iustorū deo esse acceptam q̄n ex caritate et pro suo amore sustinetur ostēdit p duo exempla quoruz p̄muz consistit in artificio naturali. Secundū in quo dā sacrificio legali ibi. Et quasi holocausti aē. Primum exemplum est tale quanto autū frequenci⁹ liquescit et transit p ignē tanto fit cariius purius q̄ ac cetabili⁹. Sz tribulacō vite p̄sētis est sic fornax vt camin⁹ i q̄ homines depurant. Eccī. 2. In igne p̄batur argentū q̄ aurū homines vero receptibiles i camino humiliacōnis ꝙ iusti q̄nto plus p̄ modicū ibulant tanto fūt magis p̄ciosi q̄ meliores. Et hoc ē q̄d dicit tamq̄ aurū in fornace p̄bauit illos. Secundū exemplū ē in quodā sacrificio legali q̄d dicebat holocaustū. Vbi notandū q̄ in sacrificia q̄ deo offerebant precipuū erat holocaustum et fiebat de armentis preciosibus q̄ aliis? Et de isto sacrificio michil habuit sacerdos qui obtulit pro ptē sua. sed totum cremebat dño et ideo dicebatur holocaustum ab olon grece q̄d est totum latine q̄a cauma incendium in de holocaustū quasi totum ite diū quia in aliis sacrificijs sacerdos q̄nq̄ tollebat sibi partem q̄nq̄ dabat partem offerenti ad comedendū ꝑ i holocausto totuz corp⁹ sine eet vitul⁹ ouis vl hedus incendebat. pellem tamē potuit sacedos vendicare sibi sm legez. Licet omne genꝰ sacrificij deo foret acceptū nullum tñ fuit holocaustum q̄ illō totū offerebat in honorē dei ex integro. Et isto mō sācti mres immolati fūt deo sic hostia holocausti sacdos occidēs mres est mundus Johis. 17. Mundus vos odit q̄ ad Rō. 8. Estimati sumus vt oues occisionis. sed certe sacerdos michil habuit nisi pellem videlicet gloriam secularem Job p̄mo. Pellem pro pelle et cuncta que habet homo dabit pro aia sua. & sic holocaustū ē optimum

in sacrificijs sic martirium in actibus meritorijs Et hoc est qđ spūs sād dicit Et quasi holocausti hostiam accepit illos. ¶ Consequenter declarat quod ē emolimētū remuneracōis correspōdēs iustoꝝ persecutionibus in pūti Et dicit q̄ contra mometaneū penalitatis accipient premiū sempiternē felicitatis Et vt ostendat q̄ tribulacōis ad premiū nulla est ꝓportio supponit eorū penam quasi instantanee breuitatis ⁊ eorū premiuꝝ tēporanee quātitatis Modo notū ē q̄ temporis ad instans nulla est ꝓportio sicut nec puncti ad lineaꝝ ysaie 54. Ad punctum in modico dereliqui te et in miserationibus maximis cōgregabo te. Jn momēto indignacionis abscondi faciem meā parumper a te ⁊ in misericordia sempiterna misertus sū tui Vñ supra modū merces excedit laborem Et hoc ē qđ dicit q̄ in tēpore erit respectus eorū quasi diceret in puncto in modico instanti passi sunt sed in tēpore plixo ⁊ longo hoc ē in eternitate erit respectus eorūꝝ id est premiacio Vnde solet dici q̄ dñs remunerat aliquē liberaliter sibi seruientem dando sibi aliquod magnū q̄ ipe bene respexit eum Et certe deus bene respexit eos quando supra modū ⁊ ꝓportionē retribuit pro labore Juxta illd ad Coꝛ. 4. Illud enim quod in presenti est momentaneū ⁊ leue tribulationis nostre supra modū ⁊ sublimitatem eterne glorie pondus operatur in nobis. ¶ Et notandum q̄ electus quilibet a xp̄o multiplicit̄r probatur sicut dicitur ā ꝓ

2b

Lotte

motionē sicut notici9 ante professionem ⁊ sicut baccalari9 ante inceptionem ⁊ sicut denarius ād solutionē Clericus ordinandus ⁊ receptur9 coronam prius examinatur ⁊ quanto altiorem ordinē est ꝛceptur9 tanto difficilius examinatur Oēs nos promouēdi sum9 ad ordines. quia in futuro oēs erim9 sacerdotes Apoc. 1. e. Fecisti nos deo nostro regnum ⁊ sacerdotes Magnus fauor fieret deo si posset premuniri in quo passu ⁊ de q̄ materia deberet examinari quia tunc posset sibi prouidere ⁊ tūc foret sibi magna verecundia deficere. Jste fauor fit nobis. Ordines fiunt in resurrectione generali in die iudicij quando iuxta merita nostra ad ordines angelorum ꝛcipiemur pro sepe. vt dicatur vnicuiq̄ nostrum illō p. Tu es sacerdos meternū ꝑm ordinem melchizedech. ⁊ modo sum9 premuniti ō quo examinabimur certe non de difficili. ꝫ de cōib9 de donato. s. a ꝑtibus nostris. Hoc ē de opib9 pietatis sicut pz Math. 24. Esuriui ⁊ dedistis michi māducare Totum est de donato. ⁊ ideo illi qui inuenientur nesciuisse donatū deficient de ordinib9 ⁊ repellentur sicut lapi ⁊ ponentur ibi vbi est vmbra mortis ⁊ nulli9 ordo Job. 10. Quā9 dicetur hijs Jte maledicti i ignem eternum. Sed boni ⁊ electi qui bñ respōdere possunt certissim erit de corona Tobie. 7. Hoc habet p certo ois q̄ colit te. q̄ vita ei9 si i ꝓbacōne fuerit corōbit. Et Ja. 1. Cū ꝓbatus fuerit accipiet coronā vite. ¶ Secundo examinant electi sic ꝓbatur

61

nouicius ante ꝓfessionem Vnde
temp⁹ nouiciatus est temp⁹ pro
bacois ſm iura Licet autē nouici
us interdum gerat habitu⁹ pro
fessoru⁹ Tamen in voluīate ſua ē
ꝓcere habitum infra temp⁹ pro
bationis quādocūq⁹ sibi placuerit
Et ideo non habet habitum inse
parabiliter habitus et ornatus
anime est gracia·Vita presens ē
tempus nouiciatus a tempus ꝓ
bationis Ad rō·12·Renouamini
i nouitate sensus vestri ut probe
tis que sit voluntas dei bona a be
ne placens et perfecta·Licet igitur
nos geram⁹ habitū professorum
hoc est beatorum que est gracia
cōsummata non tamen ideo ꝓfes
si sumus sed sumus in tempe pro
bationis·quia possum⁹ habitu⁹
proicere a peccatē Nouicij autē int
fratres predicatores examinant
de moribus diligenter Et genea
liter de quinq⁹ cauendis i eis Nā
ab vno quoq⁹ requiritur An sit ſ
uilis condicionis An alterius pro
fessionis· an mulieri coniugatus
an racōcinijs obligat⁹·an occul
tā hēat infirmitatē aliquā a si ve
ro aliquē istoz defectuū habuerit
et sciatur a professione repellitur.
Certe hec quinq⁹ xp̄us in suis no
uicijs requirit Pri⁹ an sit suus cōdi
tionis·videlicet an sit totus dat⁹
seruicijs mundi pro diuicijs a hō
noibus consequendis·in hac vi
ta·a si sic non admittit eū Math
6·dicitur Nemo potest duob⁹ do
minis seruire·plus quid am assur
gere noluit principi venienti alijs
eum honorantibus assurgēdo Et
causam reddidit·Seruit iquit ser
uo meo nam cōtēpnē⁹ mundū
a mund⁹ michi seruit a ipse fuit
ei·quare ei non assurgo·Iste non
fuit suus cōdicōis sed valde no
bilis Secūdo requirit an homo sit
alteri⁹ professionis vnde ille qui
est radicat⁹ et habituat⁹ in ali
qua mala cōsuetudine viuendi
in peccatis ipse ē alteri⁹ pfessiois
caueat sibi quia licet recipi possz
a crīsto tñ cū difficultate Tercio
requirit an sit mulieri cōiugatus
id ē an sit opibus carnis dat⁹ q
scit q talis nō venit ad eum pfec
ta voluīate Luc·14· Vxorem duxi
et ideo non possum venire Quarto
an sit racōcinijs obligat⁹·homo
est obligatus ad computum a re
stituc̄onem si fuit vsurarius a de pe
cunia vsuraria fuit ditatus et nō
vult restituere·crīstus non curat
de eo quia ipe racioc̄inijs obligat
Si delcus symoniace intrauit ec
desiam occupauerat bona per ā
nos·et non est paratus resignare
a restituere ipe est obligatus rō
tiocinijs Crīstus aūt eum ad pro
fessionem donec soluerit non ad
mittit Si spoliasti pauperem p po
tenciam vel per falsum iudicium
vel testimoniū prohibitum cōtra
eum:et nō fecisti restitucōnem tu
es obligatus rōcinijs et talē ob
ligatum crīst⁹ nō admittit in p⁹
Decimantes autem in obligacio
nes adducet dom̄in⁹ cū operantib⁹
iniquitatez Quinto q̄rit an hēat
aliquam infirmitatem occultam
Vnde si commisisti peccatum vi
le de quo non es confessus·et
las et occultas tu habes infirmi
tatem occultam crīstus te non

abmittit ñ te curaueris. Jdo omissis talibus impedimentis vnūqsq; vīm curet se probabilē exhibere nouiciū ne a professione consubsibiliter repellat Scđa ad Thyō. 2. Cura teipm ipsū probabilē exhibere operariū inconfusibilem a q̄ talē inuentus fuerit faciet sibi professionem in finali iudicio dicēs illi Deut° 26. Profiteor hodie tibi dño deo meo q̄ ingressus sū terrā q̄ qua iurauit pribus nostris. ¶ Tercio examinat eleūs sicut baccalarius ante inceptionē seu mīgracōnē. Jste em añq̄ incipiat probat in tribus in legendo opponendo a respondēdo. habet enim necesse legere aliquod vnū volumē ad minus facultatis huius Et ecce nos legere tēm⁹ p cōfessionem volumē cōscientie nostre. stolidus clericus est qui nescit legere scripturā suam a opus ppriū. ad Gal. 6. Opus aūt suum vnusquisq; probet a sic in semetipo gloriā habebit Scđo habemus opponere hoc est arguere p iustā correptionē primorum a hoc principaliē ptinet ad plātos a in casu ad oīs Math. 18. Si peccauerit in te frater tuus vade a corripe illū inter te a ipsū solū Sapiēs primo probata virtus corripit filios/a prelatis dicit Jē. 6. pdicatorem in pop̄l' dedi te. Tercio habemus respōdere p gratiarū actionē ad Tessal. 4. In omnibus gratias agite a qui hoc opleuerit dignus est gradu magistrali Exēplo Tobie qui in se hec omnia formaliter a deuote cōpleuit/peccata confitendo vroē corripiendo a deo p ceritatis flagello graciās agendo a ideo sibi dictū fuit quia acceptus eras deo necesse fuit ut tēptacio probaret te. Quarto probatur electus ut denarius ante solucōez. Vnde qui alteri mutuat denariū diligenter considerat ante solucōnem q̄titatē. pondus. a ymaginē sonū. a materiā. quia si in aliquo istorum defecerit non ē legal' moneta. nec recipi debet Quantitas est eq̄tas. pondus ē caritas. ymago est iustitia. sonus ē veritas ad oīs a ad seipsum Vnusquisq; nostrum a cristo recipit denariū id est animā racōnalem habentem ymaginē regis a in die mortis est tempus solucionis a tunc oportz reddere denariū a xp̄o offerre Mā cviz. Afferte michi denariū Et certe ñ habeat quilibz predicta. quā titatē. pondus. ymaginē. sonuz a materiā reprobabit Jē. 6. Argentum reprobū vocate eos quia dñs proiecit eos. Si vero illa predicta habuerit dicet nob xp̄s illud Genes 42. Pecuniā quā dedisti michi probatā ego habeo Et de nostro denario verificabit illud p̄s. Argentū igne examinatū probatuz ter purgatū septuplū Examinatum igne caritatis. probatū tre. a tra michil hūs trene vanitatis purgatū septuplū a septē capitalib⁹ vicijs que sunt radices vniuerse iniquitatis. Lō 3e.

Fulgebunt iusti et tamq̄ scintille in arundineto discurrent. ¶ Postq̄ spūs sanctus posuit vnam promissionem generalem de futura remuneratione sanctorum pro tribulationibus quas sustinēt in p̄senti.

In parte ista eandem remunerationem explicat et distinguit in speciali Et circa hoc duo facit quia primo ostendit quādo iusti literaliter ꝓspicientur Secūdo quādo iusti racionabiliter iudicētur ibi Impij. Circa primum tāgit excellencias futuras in remuneracōe. Erit enim tam in corpe q̄ in aīma glorie possessores in vita eternali Erit enim iudicis assessores in iudicio generali Et ideo primo describit qualis est eorum excellencia vel erit que est glorie corporalis Secundo qualis erit eis concessa assidencia iudicialis ibi Judicabunt sancti. Tercio qualē erit beatorum in anima gloria spiritualis ibi qui confidunt in illum. Circa primum sciendum q̄ in isto textu quatuor dotes corporis glorioſi innuunt q̄ sunt claritas. ip assibilitas. subtilitas a agilitas. Cuius racō est qa anima humana ꝑfectum tūc habebit dominiū corps sui et in q̄tū forma a in quantū motora in q̄tū beata a deo cōiuncta In q̄tum beata gloria anime redundans in corpus causabit in corpe claritatem Et hoc ē quod dicit Matb. 13. Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eorum Perfectus autem regimen causabit in corpore impassibilitatem Omne enim corpus quod patitur passione ꝓprie dicta perdit dominiū forme super materiam suam. Aliter enim passio talis non foret ad corruptionē forme patientis vel saltem separacōis a materia Et ideo quia anima incorruptibiliter a perfecte continebit corpus suum. nullomō potest victoria anime supra corpus diminui Secus autem fuit in statu innocencie quando licet anima perfectum habebat dominium poterat illud dominiū perdere quia se a deo poterat auertere per peccatum tunc autē nūq̄ auerti poterit a ideo dominium suum siue victoria sua super materiam suam nūq̄ poterit diminui Et ideo nūq̄ poterit ꝓprie loquendo pati Et ideo corpus suum erit impassibile. Tercio cū anima nō sit solum forma corporis ꝫ etiā motor sicut patz 3° de anima a libro de motu animalium mouebit corpus per voluntatem a qz habebit perfectū dominiū super illud ideo aīa gloriosa inquātū beata mouebit ōmino sicut volet corpus mouere a ideo erūt corpa agilia. Quarto cū aīa posset rationabiliter velle q̄ corpus suum sit in eodem loco vbi est aliud corpus sine amotione alterius corporis et anima poterit regere corpus suum sicut volet sequit̄ q̄ anima poterit ponere corpus suum in loco vbi est aliud corpus Et ista virtus vocatur subtilitas. sic igitur erit corpus glorioſum datum ipassibile subtile a agile Et ista priuilegia vocantur a doctoribus quatuor dotes corporis per quādaz figuratiuam locutionē q̄ sicut dos datur in signum ꝓpetue cōfederacōis a aīcie it vir a mlierē ita iste dotes dabunt hūib⁹ glorificatis ꝓ sēp Iste āt dotes ponūt cōiunctī ad Cor. 15. vbi facit apls opacōez inē mortē hūanā a ꝑfectacōez hūanā a dicit sic. semiat in corrupcōe resurget in incorruptiōe

id ē incorruptibile a ipassibile se
minat in nobilitate vim obscu
tate mortis resurget in gloria hoc
ē in claritate semnat in infirmitate
surget in virtute hoc ē agilitate se
mīatur corpus aiale: resurget cor
pus spūale id est subtile ad mo
dum spūs. Sps em potest simul cū
cum corpe sicut patz de aia que ē
tota in toto a tota in qualibz pte
a sic potuit corpus glosū p vtutem
subtilitatis esse simul cū corpe nō
glorioso q̄muis hoc nō placeat
sancto Thome 4. sm̄a cū 8. qq. q.
1. in solucōe argumēti pmi a secū
di vbi expresse dicit q hoc nō hō
corpus glosū ex dote subtilitatiz
sed ex opacōne virtutis diuine.
¶ descendo ergo ad literā Iste
quatuor dotes in hac ēa exp̄mūt
fm istum ordinē Primo em nota
tur claritas cum dicit fulgebunt.
Secō ipassibilitas q̄ iusti Sapie
ūno. q̄ iusticia p̄petua ē et imor
tal. Tercō subtilitas q̄ tam q̄ scū
tille. Quarto agilitas cum dicitur
discurrēt Et q̄ cōpletoriū q8 dici
tur in fine dici Premū nostrū fiā
le figurat ideo tūc quatuor ps. di
cim? tantuz ad illas q̄tuor dotes
significandas. Ꝑ de appropriacio
ne ptranseo ad pūs. ¶ Pro literā
nota q̄ arūdinetū ē locus vbi creſ
cunt arūdines Vnde sicut scātille
mouētur sine difficultate imō arū
dines a fine resistencia Ita sancti
fine resistentia corpa mouebūt
Fulgebūt iusti Nota q̄ viri iusti
meito se exponere dēt p̄ pō acti
bus virtuosis in presenti a si eis
tribulacōes occurāt illas equani
miter sustinere a hoc habita cō si
deratione ad premiū q8 sequitur
Armigeri qui seruiūt magnis do
minis p diuersis tempib? ām cō
uenientes robas accipiūt. vnam
p hyeme. aliaz pro estate. Illa q̄
dat p hyeme est de grosso pāno
causa ē q̄ debet expon. mō pluui
is. mō ventis. mō niue. mō igni. Ꝑ
roba q̄ dat pro estate ordinat de
subtili panno a delicato a hoc q̄ a
seruiet homi pro tempe ḡtioso
videliz in estate Istomō deus pro
uidet homis viris Vita presēs est
hyemps. Vita futura est estas.
Corpus est aie sicut roba Job. 10.
pelle a carnib? vestisti me. Quigit
in presenti est temp? tribulacio
nis a āgustie a pne figit corp? p
nunc est sicut roba de grosso aspe
di panno. sed temp? futurū vite e
terne ē temp? estatis gle a hono
ris. Et ideo tūc habebit aia robaz
valde gloſā q̄n corpus erit dati?
sole. ipassibile. agile. a subtile. Et
ideo sic hom? armig? sperās a certz
de roba estiuali lacerat a destruit
a expedit robā hyemalē in fuicio
dn̄i sui a nō patit pluuie. nec niui.
nec igni. Ita iustus in presēti cōr
pi suo n̄ patit ab opib? pne. Ꝑ sē
per se exponit ad honorem dn̄i sui
quantum potens. sciens Quoiaz
fulgebunt iusticie. Refert scrip
tor quibaz de natulis rerum q̄ pp
alleander habuit vestimentum
quoddam de pilis salamādre q8
quidem vestimentum quando ab
luī debuit ab honestatem non la
uabatur in aqua. sed proiciebā
tur in ignem et non combureba
tur. sed fulgencius reddebatur
Sic corpora sanctorum nō in aquis

69

carnaliū delectationū lauari ꝺñt
vt fulgeant sed magis i igne tri
bulationis Et ideo Eccī. 2. dicitur
In igne probatur argentū et au
rum hoies vero in camino humilia
tionis ¶ Scdo notandū q̄ iusti
fulgẽ debẽt i pñti triplici dalitate
Videlicet. fame. vite. et doctrine
vt fama referatur ad extraneos
vita ad nosmetipsos. doctna ad
subditos q̄ propinquos. Et hec t
plex daritas est maxime necessaria
a viris ecclesiasticis. Primo vt
fulgeat bona fama q̄ diu em̄ cari
dela ardet q fulget delectabile ne
gocium ē et vtile. Sed quādo ex
tinguitur relinquit locū circūstan
tem tenebrosū et fetet. et sicut di
cit Aristotiles 7. de aialibus Ille
fetor est valde nociu⁹ pregnanti
mulieri q̄ si sit vehemens facit eā
abortire q occidit fetum Istomō
est de quolibet viro ecclesiastico
qui quasi candela ardens q lucens
in ecclesia cōstituit q̄ diu est bō
fame delectabilis est q vtilis dādo
bonum exemplū alijs. Qñ autē ex
tinguitur vento temptacōis q omit
tit aliquod notoriū pctm̄ q pub
licum statim relinquit circa se lo
cū tenebrosū q fetet p infamiam
Iste fetor nocet psois in ꝓposito
existentib⁹ sācte viuēdi Sem̄ em̄
ꝓpositū est cōceptus l fetus mētis
et certe frequēt bone persone sic
cōcipiūt a spiritu sancto. sed per
fetorem scandalosi pcti suffocat
cōceptus iste q locus vicin⁹ efficī
tur tēbrosus quia status ecclesia
sticus p tales cōceptibilis reddit
q derisibilis iudicatur qui quādo
habet psonas luiosas et fulgen
tes a laycis notabiliter et racōna
biliter honorat Job 13. Lucē splē
dida fulges et omnes fines terre
adorabūt te. ¶ Scdo fulgere debe
m⁹ i vita pñti quo ad nosipsos i
trinsecus in cōscīcijs vt cōtinea
mus lumen more solis ñ more lu
ne. Sol em̄ sic lucet q̄ habet sibi
lucem incorpatam per totum Lu
na autē nō sic. Et ideo semp appa
ret macula quedā in luna. Et q̄si
vmbra hominis portantis fasciculum
spiarum vt vetule fabulant
Istomodo boi vi i ecclesia fulgēt
more sol q̄ fulgēt i fama: fulgēt
i conscientia 8 quorū quolibet di
citur Eccī. 4. Quasi sol effulgēs sic
ille effulsit i templo dei et Math.
13. Fulgebūt iusti sicut sol Mali
vero fulgebunt sicut luā quia licz
sint dare fame sunt tamē vmbrosi
in conscientia vbi interior homo
portat fasciculum spiarum q pun
gentiū peccatorū Baruch vi. Nisi
aliquis exterserit rubiginē ñ ful
gebit. ¶ Tercō debemus fulgere
per doctrinam Dañ. 12. Qui docti fu
erint fulgebunt sicut splendor firma
mēti et qui ad iusticiam eru
diunt multos tamq̄ stelle in per
petuas eternitates ¶ Dubitacō tra
lis Vtrum corpus glorioū istis
quatuor dotibus sit dotandum.
Probat p° q ñ Quia nō erit cor
pus impassibile quia erit corp⁹
mixtum ex quatuor elementis et
quatuor humoribus et per conse
quens contraria erūt ibi approxi
mata et agēt et patiēt adiuicē g
corp⁹ erit passibile Scdo° sic Sē
tire est pati 2°. de anima sed illa
corpora erunt sensibilia q sentient

in actu videndo audiendo tangendo ⁊ sic de alijs quia alias vita foret magis somnus q̄ vita et p cōsequens vita ipfecta sicut dicit Aristotiles 4. Ethi. q somnus ē dimidia vita Ergo erunt passibilia. ¶ Tertiō arguit q corp⁹ glorioſum non erit datum quia calor est extremitas ꝓſpicui in corpore terminato. Cur autē est qualitas corporis perſpicui ite rmnati ſm Aug⁹ 19. de ciuitate dei. Pulchi tudo corporis est conuenientia partium cum quadam coloris suauitate Igitur erit corp⁹ coloātū non ḡ lucidum siue darum. ¶ Quarto q corpus glorioſum non erit ſubtile quia tunc posset esse in eodem loco cum corpore non glorioſo et eadem ratione cum infinitis sicut Arguit quarto phicoꝝ. Si duo corpora possunt esse simul et infinita. ¶ Quinto q corpus glorioſū non erit illo modo agile q possit moueri ad voluntatem amime q tunc posset moueri in inſtanti cōſequentia patet quia volūtas potest hoc velle. Nam voluntas est impossibiliū sicut patet ʒ. Ethi. ¶ Ad oppoſitū est fides xp̄iana et habetur ad Coꝛ. 15. ⁊ in litera iſta ¶ Ad questionem dicendū q sic Nam sicut corpus humanum ē inſtrumentum ad merendum sic iuſtum ē q premietur sicut inſtrumentum amime ad bene viuendū ſed ad hoc habendū requiritur q defectus corporis oīno tollantur Nam ſi defectus corporis pmanerent nullo mō foret anima beata siue homo beatus qui compoſitus est ex corpore et anima. defectus ãt corpis maiores sūt pena ſia q̄ ꝑ ꝑcta pim hoīs iflicti sic nūc suppono ḡ illi defect⁹ dñe i futura būtudie ſupplei p gr̄ias ꝺcessas ill⁹ defectib⁹ ⁊ tarias. ¶ Ad pmū dicē dū q ꝑfuꝛrectio corpm i futuro miraculoſa eit⁊ ꝓpan⁹ ſtatū gl̄oſuꝫ ad ſtatū natuāle totū elt mr̄aculoſū q̄ q̄d ſupnatuāle tūc fiet mō q ⁊r̄ia ſint appꝛoꝛiata ñ agāt fieri p̄t v̄tute dina nulla alia sic fuit de tribus pueris Dan. 13. ⁊ sic fiet ibi tamē ſi dabit ſāctis aliq̄d donum increatū ſiue increatus aie ſiue corpori per quod ꝓportio elemētorum ſiue humorū vniformiter coſeruabitur vel nō. nō est nobis ſufficienter reuelatum. ⁊ ponen⁹ q h⁹ fieret. poſſet tū dici mr̄aculū ſi h⁹ tenēdū ē q̄cūq mō h⁹ fiat q ſaltē fiet q elementa agāt adiui cē i corpe gloificato nec q̄ tenetur credē dñs tenet⁊ a añs. ¶ Ad ſēm dicē q passio ē duplex. Materialis sic q̄ ignis agit i aquā. Et iſte cōnat sic q̄ coloātū agit i oculuꝫ Prīa passio ñ eit in corpibꝫ bēs. Scda eit. Et iō erit oēs ſēſ⁹ i ſuis opacōib⁹. ⁊ tū tm̄ ꝓpt imutacōem ſpūalē ſēſ⁹ hoīs elt receptū⁹ ſpēcū ſine materia ⁊. ꝺ aia. ¶ Ad tertiū q aie potēt ſua corpa oīnde dā sic volet. Corp⁹ āt datꝫ p̄t apparē coloātū. Et iō erit data ⁊ coloāta q̄tū ad appnctiā sic hō volꝫ ¶ Ad q̄rtū ꝺcrē dō ē q ñe corp⁹ glorioſū cū finitis corpib⁹ eē p̄t ꝙ ñ posset eē cū infinitis corpib⁹ q nec possent eē infinita corpa sil̄ nec infinita corpora possent esse. Vnde ad philoſophū nō ē argumētū niſi a latē re impoſſibili ad mīmū ipoſſibile ꝙ

apud multos putatum ¶ Ad qn
tu ꝫ agilitate qꝫ posset moueri in
stanti: neganda est consequentia qꝫ
voluntas beata nō potest velle impos
sibile: in facto tamen defendere: qn
vltra omnē velocitatē datam pt
se homo movere glorificatus: Sē
per tñ habebit velocitatem finitā
sicut xps in ascendendo prefixit sibi
velocitatez quam voluit: ꝫ tñ fue
cessiue ascendit. ¶ Lectio. xi.

IVdicabūt sancti nationes
et dominabuntur populis
et regnabit dñs illoꝝ in per
petuū. ¶ Postqꝫ spūs sanctus de
clarauit qualis erit iustoꝝ p iu
dicii excellentia glorie corporis
hic ondit qualis erit eorum in iu
dicio assidentia personalis. de qua
habetur Matth. xix. Vos qui secu
ti estis me in regeneratione cum
sederit filius hominis in sede maies
tatis sue sedebitis et vos sup sedes
iudicantes duodecim tribus isra
hel. Erit em magnus honor sanctis
qñ illoꝝ erunt iudices quos paꝝ
ante habuerit persecutores. et tñ
iustum est qꝫ eos recte iudicent a
quibus iniuste iudicabantur. Sz
qꝫ aliqñ cōtingit qꝫ hō sit assessor
iudicis p vna die et postea nullā
iurisdictionē in illos habet quos
prius iudicauit. Ideo ne hoc esse
tur de sanctis xpi assessoribus in
iudicio. Tria facit spiritus sanct⁹
in hoc textu ꝑma ista se habent sm
cōdinem iudex dñs et rex. qꝫ ñ om
nis iudex ē dñs nec omnis dñs ē
rex. Sed econtra bene cōuertitur
qꝫ omnis rex ē dñs et omnis dñs
ē iudex. Incipiendo ꝫ a superiori ad
inferi⁹. Primo attribuit iudiciuz
sanctis tamqꝫ assessoribus. Secun
do dominum tamqꝫ possessoribus et ē
cio regnū tamqꝫ regnantibus ad
Thimo. 2. Si sustinem⁹ et conreg
nabim⁹. Secūda ps. ibi. Et dñabu
buntur. Tercia. ibi. Et regnabit
Et sic triplex prerogatiua tangit
quaz sancti habebūt in futuro iu
dicio generali et deinceps. Ipi em
habebūt ptātem iudicandi domi
nādi et regnādi. In iudicādo ē vel
erit rectitudo sententie que nūqꝫ re
uocabitur. qꝫ iudicabūt sancti na
tiones. In dñando magnitudo po
tētie. que nūqꝫ coartabitur. quia
dñabūtur populis. In regnādo ē
titudo pmanētie q̄ ñ terminabit
quia regnabit dñs illoꝝ in ppetuū
dicit ꝫ. Judicabūt sancti nationes
vmalos qui tales pmanserūt id
ē sine gracia quales nominati fuit
infra in fine capituli. Nationes im
que dire fūt consūmationis. Et do
minabūtur populis quib⁹ prius
subiciebātur: In p. Subiécit popu
los nobis et gētes sub pedib⁹ nos
tris ¶ Sed cōtra. in iudicio cessa
bit omnis prelatio et dominum crea
ture sup creaturā. Juxta illud ad
Chor. 15. deide finis cuz tradiderit
regnū deo et pri cum euacuauerit
omnē potestatē principatum et vir
tutem et dominationem. Vbi Haymo i glosa Tūc cessabit omnis cre
ature prelatio in angelis et homini
bus cessabit timor regnabit caritas
nec erit iter presidentes et subditos
vlla dissentio. ¶ Dicēdum qꝫ ad
dominum pertinet potestas cohercēdi
rebelles et castigādi. Et ideo qꝫ san
di habebūt damnatos in suo ca
cere omnī cohercēdos et punitēdos

de rey.

re eoz iusta punicõe gaudebũt
a fm quẽdam modũ eis dñari di
ci possunt ‖ Sequit. Et regnabit
dñs illoz in ppetuũ. Notandũ q
securũ est seruire illi dño qui in p
petuũ regnabit fuiẽtes dñs mor
talib9 pncipib9 a regib9 a nobili
b9 fũt in magno pticulo qñ dñi
sui moriũtur: nõ solũ quia seruici
um suũ perdunt: imo qr frequnter
cõtingit q illos quos magis fami
liares habuit ipe filio magis ha
bebit odiosos. sicut hystorie mlte
docent. ꝙ certe fuisse deo regre est.
a qr de9 immortalis: qui seruiũt si
bi in ppetuũ regnabũt Apoca. 5.
Redemisti nos in sanguine tuo a
fecisti nos deo nostro regnũ. a Sa
pie. 6. Diligite iusticiã qui in ppetu
um regnetis ‖ Judicabũt sancti
nacões. Malefactores et rei crimi
nosi ex triplici causa solent ofidẽ
se euasuros impune. Primo quia
sperãt q possunt dedinare a eum ta
re rigorem in dicij vt sine examia
cõne in diciali fiat emẽda p medi
acõem amicoz. Secũdo sperãt rei
pbabiliter euasuros licet nõ om
nino impune si possit subire in di
cium fie tñ q habeãt iudices a as
sessores fauorabiles eis Tercio p
trãslationẽ psonarũ suarũ. qr de9
in vno regno potest impune con
seruari in alio. ꝙ certe nullo istoz
modoz possunt euadẽ pcatores
quia iudicabũt sancti nacões. nõ
em dedinabũt rigorẽ iudicij. quia
iudicabũt. nõ impetrabũt iudices
qui fũt eis xpicij. quia iudicabũt
sãcti. nec se alienabũt a loco sup
plicij. quia nõ iudicabũt vnam
gentem tantum ꝙ omnes nacões

In ps. Judicabũt in nationibus
Judicabũt igit vt assessores. sãcti
xpi imitatores. nacões a pcatores
‖ De primo nota q duplex est
deo iudicando iudicialiter si iudex
sit sibi extraneus qui sibi i nullo
penitus teneatur. Secũdo si sit ta
lis q a iuris regula nullatenꝰ ab
ducat. Tercio si sit tal de cuꝰ in
iuria reꝰ accusatur. Modo sancti
in iudicio reddent se pcatoribus
valde extraneos. quomã ecia ipe
xps dicit. Amen dico vob Nescio
vos Matth. 24. ‖ Secdo nullo mõ
dedinabunt a regulis iuris. quia
sancti iudicabũt et sanctitas est
iusticia maxima. Fiet em iduti no
uũ hominẽ qui sm deũ creatꝰ ẽin
iusticia a sanctitate veritatis. Ad
Ephe. 4. Tercio ipsi erũt hostes i
pioz quos impij in hac vita oscul
cauerũt Abbacuc. 1. Quare respi
cis a tacis oculeate ipio iusticioz
se. Fiet iõ ipsi tũc vsa vice eos calca
bũt. Malach. vltio. Cõuertimini
a videbitis quid sit iter impiũ et
iustum. iter seruiẽtem deo a nõ ꝑ
uiẽtem ei. Et cito post Egredimini
a salietis sicut vitulus de armen
to a calcabitis impios cum fuerit
cinis sub planta pedum vestroꝝ
de isto iudicio indesinẽter cogita
re debemꝰ Vñ Greg. xxix. omel.
Presẽtis temporis talis sit letitia
vt nũqꝫ amaritudo futuri iudicij
recedat a memoria. Itẽ Bernard.
sup ps. Qui habitat. Quid tazpa
uẽdum: quid tazplenũ anxietate
a vehemẽtissime sollicitudinis ex
cogitari potest qꝫ iudicãduz asta
re illi tam terrifico et deifico tribu
nali a incertam adhuc sbitamqꝫ

vide quando est finis iudicii

sub districto iudice exspectate sen
tenciam vbi inde teste nō indigz
vbi veritas discutit intenciones.
Et in quadam epla ad Robertuz
monachū. Vemet qui male iudi
cata iudicabit illicite iurata con
futabit qui faciet iudicium iniu
am pacientibus Veniet mq̄ di
es in qua plus pura corda q̄ astu
ta verba a conscientia bona q̄ mar
supia plena. quoiam iudex nō fal
letur verbis nec flectetur donis.
OVbitacō lēalis. Vtrū sancti ho
mines in iudicio generali pticipa
bunt aliquo mō actum iudicādi
Rō nō videtur Job. 4. Omne iudi
cium dedit filio g̃ nullus alī ha
bebit iudiciū. Secō sic In nullo
indicio potest esse accusator a iu
dex eadem psona. sed sancti viri e
runt accusatores malorū Sapie.
4. Stabunt iusti in magna cōsta
cia adūs eos g̃ rc̄. Ter° sic. h° po
tissiē itelligēdū foret ō paupibz vo
lūtarie de q̄bz dī Job 36. Judiciuz
paupibz ebuit. ꝫ h° ē ffz ꝑt ta
q̄ h° solū aplis est ꝓmissuz Ma
th. 19. Sedebitis sup sedes iudican
tes 12. eb9 iscabel. ꝫ nō mīs paupe
res volūtarie sunt apli. ¶ Secō q̄
martes a virgines offerunt ō de
corpore suo g̃ eis magis debetur
potestas iudicandi q̄ paupibus
qui offerunt substanciam secula
rem. ¶ Ter° q̄ inferior nō iudicabit
superiorē. sed multi diuites erunt su
periores in celo quibus dā paupe
b9 g̃ rc̄. ¶ Ad oppositū ē illd Ma
th. 19. Sedebitis sup thronū iudi
cantes duodecī tribus isrl. Itē psa
ie. 7. dns ad iudicium veniet cuz
senioribus populi sui. ¶ Ad ques
tionē dicendū q̄ actus iudicandi
in iudicio generali diuīs diuersiō
de attribuit quinq̄ modis in scrip
tura viz ordinata maiestate. dele
gata potestate. assessoia dignitate
approbatiua conformitate. a com
patiua diuersitate. Primo modo
viz ordinata maiestate solus de9
iudicabit p. Reg. 2. Dominus iudi
cabit fines terre. delegata ptate
iudicabit humanitas xpi sic tac
tū fuit in primo argumto Jo. 7.
Omne iudiciū dedit filio Nullī ci
habet potestatē delegati misi xps
in q̄tū homo. Assessoia dignitate
a sic iudicabunt voluntarie paupe
res juxta illud in tercō argumēto
tactum Job 36. iudiciū paupib9
tribuit a hoc ē oueniēs ꝓter du
o Primo quia ad iudicandum se
magis dispositū Vnde erūt ma
gis ydonei. Pauptas enim volun
taria non est misi eorum qui soli
xpo inhesserunt a propter eum oi
a contempserunt secularia negō
cia a ideo in eis michil debet eē q̄d
iudicium possit peruertē. Secūdo
quia iudicare magis meruert Cu
ius causa est quia humilitati cor
rūdet exaltacō p modū meriti ffz il
lud Math. 23. Qui se hūiliat exal
tabitur. Modo inter omnia q̄ hoi
nem despectum faciūt est paupe
tas Vnde illi qui apud homines
apparent magis paupes viden
tur esse magis despecti. a ideo qui
volunt paupertatem suam osten
dē excogitāt q̄tū ꝑnt vilitatē re
stimūtoz ut hoies p h° ad opassio
nē puocēt. q̄ igī vei paupes faciūt
se ostēptibiles ꝓpt xpm iuste mere
tur excellēciaz assessorie dignitatis

Quarto nō attribuit actus iudi
cādi i iudicō q̄b9ſ tm̄ a ꝓbatiā
conformitatē ſic iudicabūt om
nes electi quia oīs taz angeli q̄
homines approbabūt ſm̄az iudi
cſ id ē xp̄i Apoc. xix. Audiui vocē
turbaz dicentiū i cēlo Alla laus
et virtus et gloria deo nr̄o quia
vera et iusta iudicia eius sūt Qui
to attribuitur actus iudicandi q̄
busdā ex q̄dā ꝓpatiua diuſitate.
q̄ iſte modꝰ iudicādi laudabil nō
ē quia ſic minus mali dicuntur iu
dicāē magis malos ſm̄ illud Luc.
12. Viri niniuite surgent cum ge
neracōe hac et condempnabunt
eam. Ex iſtis patet ad q̄ſtionem
q̄ ſancti participabunt actuz iu
dicandi oīs generaliē Secundo
mō p approbacōem quod ē satiſ
im̄ꝓrie et transumptiue dictum.
ſic enim oīs existentes i loco iu
diciꝫ q̄ approbantes iudiciuz p̄nt
dici iudicāē Sed ideo dicunt doctō
res q̄ ſpecialiter pauperes ꝑtici
pabunt actū iudicandi ſicut aſſeſ
ſores ꝓter racōes ſuperius adduc
tas et auctoritates ſcripture que
ad hoc ſonant Vnde glo. ſup illū
Matth. xix. Vos qui reliquiſtis oī
a. q̄ Qui eligūt oīa q̄ ſecuti sūt
dñm Diſ iudices erunt qui licita
nec recte vſi ſunt diſ iudicabūē.
Gregꝰ tamen vi. moꝝ. exponens
illū p̄. vltimo. nobil i portis vir
ius quando ſederit cū ſenatoribꝰ tre.
dicit q̄ cristus cum ſenatoribus
terre reſidet quia iudiciꝫ ſententiā
cum eiſdē ecclesie predicatoribus
diſcernit vbi doctoribꝰ attribuit
actum iudicandi ſed bene ſtāt ſil
q̄ ſint pauperes q̄ predicatores.

Ad primum patet per dicta qui
a auctoritaſ intelligitur de poteſta
te delegata Ad ſecundū dicēd
q̄ in iudicio humano vbi iudex nō
habet q̄ procedat n̄ ex probatis
et allegatis non debet eſſe idez iu
dex et accuſator. ſed in iudicio di
uino vbi iudex nō habet informa
ri ſed oīno nouit causam idem po
teſt eſſe accuſator q̄ iudex. ſimiliē
reus non negabit ſed ꝓfiteturve
lit nolit. Ad tertiū quādo argui
tur q̄ ſi aliquibus ſanctis cōpete
ret iudicāē maxime ꝓpeteret pau
peribus concedendū eſt q̄ eis cō
petit poteſtas aſſeſſoria non vt
iudici conſulant ſed vt honoren
tur et ſimiliter conſcientie eorum
q̄ſi libri in quibuſ decreta iudiciſ
criſti poterūt plane legi. Ad p̄m
in oppoſitum de xp̄i. apl̄is dr̄ pō dit
Augꝰ in xi. de ci. dei. c. vi. q̄ per ulz
numeruz duodenariū non nume
rus talis ad lr̄am intelligitur ſed
p numerū miſteriū deſignatur. A
lias cū mathias loco iude fuerit
electꝰ paulus ſine thyrono remāq̄
retur niſi duo ſederent ſil Et ideo
p numerū duodenariū qui eſt nu
merus ꝓfectionis vniuerſa pau
pum multitudo ꝓfectoꝝ deſignāē ſil
ter vniuſitas iudicādoꝝ cū dr̄ Luc.
xxii. Ad ſedm de mātibꝰ q̄ vir
gilibꝰ dr̄ q̄ iſti n̄ ſūt de corde v̄ ꝓpo
nūē decreta dine iuſticie ſic pau
tas. hā pauptaſ dirē ꝋtriaē ſol
licitudi diciaꝝ q̄ ſuffocat verbū
Luc. viii. Ad tertiū dicēd q̄ dedit p
fris paupibꝰ q̄ iudicabūt ſe me
liores n̄ auctoritate ꝓria ſ auctoꝛ
tate ſupioꝛis cuiꝰ erūt aſſeſſoēs ſic
ad q̄ſi index delegatꝰ ē mlto iferior

A 2

ꝑ ille q̃ iudicat. Leō 76.

Vi confidūt in illū intelligēt veritatē ⁊ fideles i dilectione acq̃escēt illi q̃n donuz ⁊ pax ē electis dei. Postq̃ spūs scis declarauit q̃l erit eoꝝ ẽmuneratiō. Prio quātū ad tr̃ēstatez corpalē. i dla lra Fulgebūt iusti Hic quātū ad ptātē iudicialem. In dla Judicabūt sc̃i. Dic tercio declarat qual erit eorū ẽmuneratio quātū ad felicitatē spūalez in eorū aiab⁹. Vbi notandū q tribus v̄tutib⁹ theologicis indige⁹ in pūti ad h° q in fine supnaturālē cōueniēt credimur viz. fide. spe. ⁊ caritate. de quib⁹ loquit Apl'us ad Coꝛ. 14. Nūc aūt manet fides spes ⁊ caritas tres tria. s. q fides ē cū obscura cognitōe siue exspectatione. Spes cū diuturna dilatione. Caritas cū tepida dilectōe Jdo isti tres hīt⁹ in futurā būtudine pmanē nō pūt in qua michil est ipfectū michil diminutū. Jdo manente caritate ⁊ pfectiorez actuz hūte fides ⁊ spes euacuabunt Cū cñ venerit qđ pfectū est euacuabit qđ ex pte est ad Coꝛ. 13. Succedēt g̃ i aiab⁹ electoꝝ tres aīe q̃s p noīna opationū designam⁹ q̃a fidei succedet visio ⁊ spei cōprehensio siue securitas Caritati aūt michil succedet. ſ ipa maē bit pfectior q̃z nc est. Et vocat dilectio siue fruitio. Sunt g̃ tres dotes aīe. visio. dilectio. tensio siue cōprehensio. Sic ei erit aīa sūme beata videns tenens diligēs sūmū bonū i quez credidit i quem spauit ⁊ p posse dilexit. Et de istis dotibus determinat in ista lectione. ⁊ dicit q̃ sanctivitia electi dei q̃ in p̄senti vita tribulacōib⁹ variis p suis bonis opibus exponunt deum nudo visu agnoscent diligēt ⁊ totalit ei acq̃escent. Vñ dicit sic. Qui cōfidunt in illū. ⁊ qui fidem spem ⁊ caritatem in illū hūerunt intelligēt nude ⁊ clare Jo. 3. Videbimus eum sicuti est Veritatē. id est deū qui est p̃ma summa veritas Jo. 14. Ego sum via veritas ⁊ vita. Et fideles in dilectione. ⁊ fideliter diligentes ⁊ perseuerant. acquiescent illi. ⁊ perpetuo adhērebunt illi quia in futuro a societate ei⁹ auelli non poterūt qui eum hic p fidem ⁊ spem tenuerunt. Et quia posset aliquis credere q̃ ista remuneratio fiet sanctis p terminum valorem suorum operuz quasi operatio stet ex sui condicione forent cōdigna tanta remuneratione Jdo hoc concludens dicit q̃ predicta p̃mia cō fiet sc̃is ex dei liberali acceptatione. quoniaz donum ⁊ pax ē electis dei quasi diceret Pax etne bentitudims que est futura electis est donū dei liberaliter ⁊ sup̄ere condignitatem passionum p̄sentiū premiatis. ad Rō. 8. Non sūt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam.

Dubitacio literalis. Vtrum homo adultus gracia possit meteri vitam eternam ex condigno. Videtur q̃ non Primo per auctoritatem allegatam ad Rō. 8. Non sūt condigne passiones aē. ſ cōparatę passiones sūt maxie meritorie g̃ nulla opa hois sūt condig̃ ad vitā etnam. Ꝑ ꝑ q̃ reddit alicui debitum q̃ ei debz michil mēt apud eū. ſ q̃ q̃d possu⁹ p dō facē dō dēm⁹ ⁊ adhuc

amplio delerem⁹ si amplio posse
m⁹ sic dicit Aristotiles 8. ethico
rū c. 19. ipossibile ē nobis retribu
ere dignos hōres dīs a parentibz
quī eorū bīficia sēp exceḋant et
Luc. 17. Cū oia bn fecerītis dicite
qz sui mutiles sum⁹ qđ debuim⁹
facē fecim⁹ Preterea q̄cūq; meret
aliq̄d ab aliq̄ ostituit illi debito
rem suū ꝙ de⁹ nulli ē debitor nec es
se pt ꝙ michil possum⁹ apd eum
mereri ¶ Ad oppositū ē illd Jhē. 31.
erit mces opi tuo sed merces que
dab̄ p ope cōsequet dignitati ope
ris ꝙ cū vita eterna sit mces opis
hōis existētis in grā pt tal homo
ex odigno vitā eternam ꝓmereri.
Preterea ad Thimo. 4. de reliq̄ re
posita ē m corona iustitie quā rēd
det m dns in illa die iust⁹ iudex
ꝙ qđ reddiē sm iustū iudiciū ē m
ces cōdigne ꝙ hō pt ꝓmeri coronā
iustā et odignā ꝙ illa ē vita eterna.
ergo ac. ¶ Ad questionem dicē
dum q̄ hominem adiutuz gratia
ꝓmerei vitā eternā ex condigno
potest intelligi duplicit. Uno
q̄ meritū hōis tm valeat nāl̄ pu
ta q̄ tāta sit homitas i natuā siue
sba meriti q̄ ei debeat vita eterna.
Alio q̄ tm valeat legalit ex isti
tucōe legis sic parua pecia cuiꝰ ex
natuā sua siue natuāli vigore nō
vz tm sic vn⁹ pais ꝙ ex istitucōe
pncipis tm valz. Isto opa nra
ex sua natuāli boitate nō merētur
vitā eternā de condigno ꝙ de ogruo
tm q̄ ogruū ē q̄ hoi faciēti sm po
tēciā suā finitā de⁹ dēbuat sm po
tenciā suā infinitā Ex secūdo possu
m⁹ dicē q̄ opa nra fūt odigne vite
eterne ex grā ñ ex sbā act⁹. Statuit
enim deus q̄ bene operans in grati
a habebit vitaz eternā a ḡ p legē
et graciam principis nostri cristi
meremur de condigno vitam eter
nam ¶ Ad primum dicendum q̄
non sunt cōdigne passiones na
turaliter ꝙ legaliter ut dictum est.
¶ Ad secūdū dicendum q̄ mēmur
faciendo quod debem⁹ deo cristo
sic statuente et ordinante sed nō
absolute ex natura reddicōnis si
cut argumentum procedit ¶ Ad
tertiū q̄ deus constituitur debitor
ex natura sui promissi non ex na
tura nostri cōmissi sicut dicit ma
gister li. 1. dis. 47. c. 2. Rui cōfidūt
¶ Notandum q̄ spes a confiden
cia est tribus generibus hominū
maxime necessaria dimicantibꝰ
Nauigantibus Et egrotantibus
Hee vero tres condicōes nobis
conuenīūt si vitam et statū nīm
pensemus Sumus enim dimican
tes a tra hostes ostinue preliātes
in ps. Multi bellantes aduersum
me a Machab. 2. Non cōcupisca
tis spolia quia bellum aduersum
vos ē scutū nostrum est fides nos
tra ad Eph. vi. In omnibus sum
tes scutum fidei in quo possitis oī
a tela nequissimi ignea extinguē
corporibus assignat hec omnia ci
tius cōsumat in ope q sagitta tūsi
fit in aere dicente Apl'o In momē
to in ictu oculi Cor. 15. Erunt ergo
isti tirāni & psecutores iustor⁹ iu
sti terribiliter a mortuis excitati e
uocati & personaliter iudici presē
tati Terribile enim est quādo ho
mo subito excitatur a somno per
fragorem & strepitus tonitrui Est
autem verisimile q illa vox erit si
cut vox tonitrui magni quo terrā
tremere & celum concuti & vniuer
sa de suis locis videbuntur com
moueri Tunc reges & regine pre
lati & concubine milites & clerici.
Mercatores & monachi nudi & cō
fusibiles si mali fuerīt apparebūt
vnde Ihеronimus in epla ad Ely
odor. monachū Judicaturo dño
lugubre mundus imugiet trib⁹
ad tribum pectora firient potentis
simi quondam magni reges nu
do pectore latere palpitabunt. ibi
adducetur Plato cum suis stultis
simis discipulis. tūc Aristotilis ar
gumenta non proderunt quando
venet ille filius pauperule questu
arie iudicaturus fines orbis terra
rū Sapho. 1. Vox diei domini ama
ra tribulabitur ibi fortis. dies il
la dies ire dies tribulacionis & ā
gustie dies calamitatis & miserie
dies tenebrarum & caligīnis dies
nebule & turbinis dies tube & dā
gonis ¶ Secundo impij i iudicio cō
sternabūt intrēgīt sine cōsolatōe

Et ꝙtum ad hoc subdit in lra ꝙ ñ solū veniēt· ꝫ veniēt in cogitacōe pcōrū suorum timidi ¶ Et notanda est dīna inter bonos et malos quia boi timēt de peccatis suis a timent deum añ iudiciū Jn ps· Cōfige timore tuo carnes meas a iudicijs ei tuis timui Eccī·1· De ꝛpiciatu pro pcō noli eē sine metu· et ideo timenti deum bñ erit in extremis a in die defūctionis sue benedicetur Eccī·1· Sed p oppoitū reprobi in psenti non timēt pcā sua nec etiam deum· ꝫ in iudicio timebunt qñ timor erit ad penam nō ad emēdā Jn quorū persona dicit ps· Timor a tremor venerūt super me a cōtexerūt me tenebre. Unde Greg·15·moral· Vitari nā ꝙ terror iudicis non nisi añ iudiciū pt Modo non cernitur ꝫ precibus placat Cum vero i illo tremebundo examine se derit a videri pt a placai non pt ꝙ facta prauoꝝ que diu sustinuit tacit? simł oia reddet irat? Unde necesse est nūc timere iudicem cuz nōdū iudiciū exerceat cum diu sustinet cū adhuc mala tolerat que videt· ne cum manū in retribucōez vlcōis excutserit tanto in iudicio districti? feriat· ꝙto añ iudiciū diuti? nunc exspectat· ¶ Tercō ipſi in iudicō accusabūtur criminaliē sine defensore Et quātū ad hoc subdit i lra Et traducent illos ex aduerso imīcitates eoꝝ Traducere idē ē ꝙ ad confusionem alicui? id qđ fuit occultum propalare Unde Matth·1· Joseph autē cum esset iustus et nollet eam traducere ac· Vult ꝫ dicere ꝙ ipa met pcā sua ꝛpalabūnt actores eorum ꝙsi essent advocati accusātes a stantes ex adverso cōtra reuz in ps· Pcm meū cōtra me est semp ¶ Nñ aliquis deprehenditur de furto ipsum furtū condēpnat eum dicit ꝙ symia fugiens venatorez qñ habet fetus. Illum filiuz quem magis diligit apprehendit in brachia fugit a aliū dimittit Ille vero dimissus insilit super matrem sedēs in collo suo velit nolit venatore fortiter insequente symia dei ꝙ fatigat· fatigata fetum magis dilectū proicit Alius vero de quo non curauit velit nolit insistit donec taz mater ꝙ plesciatur· Jsto mō peccator· pcm· a delectacōem tamē duos filios habet· delectacōem diligit· peccatum non diligit Mors venit quia cotidie pcōrez insequit· Peccator ergo sperans se cum delectacōne euadere· Illam tamē carissimā filiū inter brachia sua id est inter intellectū et affectum portat Sed imperceptibiliter pcm a tergo se collocat a matrē ñ dimittit donec mors vel dyabol? vtrūq attingat ¶ Nota de nido in ętate absconditō tēpore estiuali in dēsitate foliorū· Dubitacō lis circa predicta fit ista· Vtrū vox tubal pcedēs iudicium erit aliquomō causa resurrectionis corporum· ¶ Qđ nō da mascen?· Credo resurrectionē futurā diuina voluntate vt ute et nutu· ꝙ cū ista sufficiāt nullomodo erit vox tube cā· ¶ ꝑ frustē fit vox ad illud qđ audire non potest ꝫ mortui non habēt auditum ergo frustē emittet vox ad eos· ¶ ꝑ si talis vox eēt cā resurrectōis resurrectō foꝝ

naturalis · Licet enim vox illa cāu
saret p virtutem a deo data; sicut
dr Glō sup illud Et dabit voci sue
voci vtutis sū habita tali virtute
effectus seqretur · Sicut in ceco il
lūmato restitutō visus est p mira
culū sed visio sequens naturalē ē
Ita resurrectio corpoz fieri nō pt
a vtute finita Sed vox illa qūtum
cūq magna m finitā vtutē habere
non pt gratē // Ita glō ad romanos
8 dr q resurrectio xpi ē cā nostre
resurrectionis hre ē inquit causa:
quare xpus suscitabit alios qz sus
citatus est · ¶ Ad oppositum est
magister sententiarum · quarto ·
distinctione · xj · ca · t · vbi dicit q
causa resurrectionis mortuoz erit
vox tube que in aduentu iudicis
audietur ab omnibus a cuius vir
tute excitabuntur mortui a de mo
numentis resurgēt · Item glō sup
illud psalm · dabit voci sue vocē
vtutis · efficacia; resuscitandi om
nes mortuos // Ad qōnem dicēdū
q causa dr duplīciter viz pncipa
lis a istrumētal · Causa princip a
lis resurrectionis erit vtus dīna
assistens illi voci illo mō quo vir
tus dīna assistit vbis sacramenta
libus in ecclīa mlitante · Causa in
strumentalis erit vox illa fiēs vbū p
latum ē causa istrumētalis aliquo
mō tūm sub stātia cōis panis i cor
pus xpi Qualis aūt erit vox illa di
uersimode dr · dicūt quidā q ipsa
tuba pnūtiabit filij dei i mundo dr
vox ppt illud vbū Greg · qui dr Tu
bam sonare michi aliud ē qz mū
do nūciē filium dei demonstrare ·
Sed videtur melius dicendum q
vox tube erit sonus quidam sensi
bilis a impīum vocale cristi quo p
cipiet mortuis resurgē · Iuxta illud
Job · 5 · Mortui audient vocē filij
dei a qui audierint viuent Et pa
tum post Omnes qui i monumen
tis sunt audient vocem filij dei · Et
dicit hic vnus doctor q videtur si
bi q illa tria que enumerat Apo
stolus Thessl · 4 · In iussu a in vo
ce archangeli a tuba dei distin
guuntur per modum istum · Erunt
quasi tria precepta cristi · Primo
enim i suo descensu cristus intrabit
plures siue partes quascumq cor
porum mortuoruz recolligi p mini
sterium angelorum a hoc notatur
cū dr q descenderet in iussu · Secūdo
precipiet corpa reformari ex illis
puluerib9 recollectis a formatis
corporib9 animas reuuere Et ista
duo fient per diuinam vtutem Et
istud preceptum notatur cum dr
In tuba dei · Tertiō archangeli q
fuerunt custodes prouinciarum i
prouincijs quas custodierunt da
mabunt fortiter a sēsibiliter sicut
sono articulato sēsibilia mediāte
aliqua creatura sensibili formata
q omnes coram iudice corporaliē
compareant · Diffinitiuam a irre
uocabilem sententiam auditui Et
illa vox notatur cū dicitur In voce
archāgeli de voce ista tuba ali pro
phēsauit Sibilla sicut ēcitat Au
gustīn⁹ decīo octauo de ciuitate
dei capitulo · vicesimotertio · Sed
tuba tunc sonitum tristem dimit
tet ab alto Orbe gemens facinus
hominis varios qz labores · ¶ Ad
primum in oppositum dico q fiet
vtute dīna pncipaliē mediāte vo
ce istrumētali p modū que dam ē

¶ Ad primū in oppositū dicēdū q̄ fiet virtute diuina p̄ncipaliē mediāte voce instrumentaliē p̄ modū dictū est. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ forme verboꝝ sacramentaliū habent suum effectū nō ex hoc q̄ audiunt̄ ꝫ ex hoc q̄ p̄feruntur. Et sic ī p̄posito ¶ Ad tertiū dicendū q̄ vt̄ non ē in voce subiectiue ꝫ dr̄ esse in voce q̄ voci assistit operando. ¶ Ad quartū p̄z q̄ fiet p̄ncipaliē virtute infinita. ¶ Ad quintū q̄ resurrectio xp̄i ē causa exemplaris nr̄e resurrectōis non autem efficiens p̄prie.

Capitulū q̄rtū. Lcō 15.

Tunc stabunt iusti in magna constātia aduersus eos qui se āgustiauerunt et q̄ abstulerunt labores eorum. ¶ Postq̄ spūs scūs declarauit formā confusibilē in qua necessario opaebūt iniusti ī iudicio gn̄ali hic osequēter a odiāte occasione tā malorū q̄ bonoꝝ aggredit enarrare ordinē eius in speciali. In quolibet aūt iudicio q̄tuor psone requirūtur ad minus de cōi iure. scz Judex. actor. testis. a reus. In isto vero iudicio iudex erit dns Rex peccatorū. Actor p̄cūm. testis iust⁹ ī quē peccator deliq̄t Si agat̄ de iustitia p̄ticulari. dd q̄ ē dns ipe. Si agat̄ de iustitia gn̄ali. sic mō dictū ē in vltia lectōe q̄ in iudicio gn̄ali peccata tenebūt locū accusatoris Sic dictum fuit ꝫ q̄ traducent illos ex aduerso in q̄tates eorum. ꝫ non restat describendū illud iudicium n̄ q̄tū ad tres psonas viz Testes Reos. Judices Et hoc facit spūs scā dr̄ in capitulo isto toto Vñ sic p̄t capitulū istū īt⁹ duci. declārō quō se hēbit accusator: ꝫ declār quō se hēbit testis Judex a Rex. Et p̄m hoc capl̄z Istū totū diuidit in ꝫs p̄tes Nam primo declarat q̄ testis non terrebitur ab aduersitate ¶ Secundo q̄ reus confitebitur sine falsitate. ¶ Tercio q̄ iudex nō mouebitur a summa equitate Secda pars ibi. Videntes turbabuntur Tercia ibi Justi in perpetuum viuent Est igitur intencio huius capituli q̄ tum ad reprobos declare tria videlicet q̄ accusabuntur cū feruore laudabili turbabunt timoe miserabilia confitebuntur cum pudore mestimabili. Primū ostendit̄ in hodierna lectione Secundū ibi. turbabuntur videntes Et tercium ibi. dicentes intra se penitenciam agentes sicut ista patebit ¶ Quantum ergo ad p̄mum. videlicet testes nō terrebūtur aduersitate sed accusabunt malos feruoe laudabili. Dicit sic Tunc stabunt iusti in magna constancia. cē In quo processu quinq̄ circumstancie iudicialis testimonij iustis assignantur Videlicet tempus comparēdi. gest⁹ proponēdi. modus prosequendi forma resistendi et causa contradicendi. ¶ Tempus comparendi exprimit cum dicitur Tunc: gest⁹ proponendi. Stabunt Modus prosequendi In magna constancia. forma resistendi: aduersus eos qui se angustiauerūt Et causa cōtradicendi Et qui abstulerūt labores eorum dicit ergo Tūc viz in die iudicij non modo durante

pacia huiꝰ vite. sed tunc qꝫ Luce 2. Tunc videbunt filium hois ve
nientem in nube cu potˢ. mag. ⁊ ma
iestate Et in psˢ. Tūc loquet ad
eos in ira sua ⁊ in furore suo conturba
bit eos Et ideo tūc stabūt qꝫ prius
iacuerūt oppditi ligati oppressi ⁊
prostrati Mach. 1. State nunc con
tra inimicos ⁊ expugnate eos Vult
em scriptura qꝫ iusti stare debēt ad
quatuor actus. s. ad videndū ad do
cendu ad testificandū ⁊ ad pūg
nandum. Primo ad videndū. Sā
ille qui stat ad emotiꝰ ptvidere qꝫ
qui sedet Jhē. 6. State super vias
⁊ videte ⁊ interrogate de semitis ā
tiquis q̄ sit via bona ⁊ ambulate i
ea. Secūdo ad docendū. preco pre
damaturus edictū regis ascendit
in altum vt eminꝰ audiatur. Pre
co quicunqꝫ est quasi predicator
prodamaturus edicta regis ⁊ pre
cepta cristi Actuū. 4. Stantes lo
mini in templo omnia verba vite
huiꝰ It nec. 8. Stetit Esdras sup ḡ
dum ligneum quem fecerat sibi
ad loquendum Tercō stare iubet
iustus ad testificandum Matth.
9. Stabitis ante reges ⁊ presides
propter me Quarto ad pugnādū
ad Ephē. 6. Accipite armaturaꝫ dei
vt possitis resistere in die malo ⁊
in omnibꝰ perfecti stare Stabūt
ergo iusti i magna constantia q̄
in vita ista abiecti fuerunt i magna
misseria pmi. Mach. 4. Matha
thias ⁊ filii eius astanter steterunt
Unde Cōstātia martirū ac. Quod
responsoriū fecit quidaꝫ rex fracie
nomine Ropertus qui floruit era
nos domini. 996. hac occasio
ne Cum esset vir litterature ⁊ sub

tilitate celebris a morum ciuilita
te vrbanus. carmina multa in la
tino sermone ad honorez dei com
posuit videlicet prosam Sancti spi
tus assit nobis gratia. Et respon
sorium de natiuitate domini videli
cet Judea ⁊ hierusalem Et responso
rium de beato Petro Cornelius
centurio Et de omnibꝰ scis Concede
nobis Cuius vocabatur Con
stantia que moleste tulit qꝫ de ea
nichil opposuerat qđ posset ad eiꝰ
laudem decātari Ille ergo ad pla
candum eius impatientiam com
posuit predictum Responsorium
de martiribus O constantia mar
tirum qđ illa de se estimans dece
tatū placata est. Stabunt ergo
iusti in magna cōstātia adūsus eos
q̄ se angustiauerūt Iniurijs ⁊ fla
gell' ad Heb. 12. Circuierūt in me
lotis i pellibꝰ egē. an. aff. q̄bꝰ
dignꝰ n erat mūdus Et subdit causa
Quos abstulerunt labores eorum ⁊
auferre voluerunt cogendo eos de
relinquere legem cristi

Dubitacō circa materiam huiꝰ
lectionis erit ista. Vtrum in iudi
cio generali erit aliqua disceptatio
vocalis. Rđ non: qꝫ sm Augꝰ.
de. ci. dei. li. 2. c. 26. Deus conscientias
reprobozum conuincet sine vl
la sermonis prolixitate. Sed si fie
ret accusacō singulozꝫ fieret magna
sermois prolixitas Ergo nulla erit ibi
vocalis disceptacō necꝫ iudicis necꝫ
testiū necꝫ reozꝫ sp Augo eodem li.
c. 14. loquens de libro vite ex cuius
scriptura omnes homines iudica
bunt Sicut dicitur Apoc. 20. dicit
qꝫ hoc nō debet intelligi cōaliter qꝫ
haberent magnitudinez ineffabilem

et vi3 in longissimo tpe possit le-
gi ꝫ non min⁹ temp⁹ requirit ad
narrandū oratōn⁹ q̄ ad legēduz
in libro si esset ibi scriptura Ergo
sicut lib vite debz intelligi simpli-
citer p q̄dam virtute diuina per
quā fiet vt vnicuiq; opa sua tam
bona q̄ mala in memoriā z uoce-
t atq; simul oīs z singuli iudicē-
tur Ita debet iudiciū z q̄tū ad se-
tenciā z q̄tū ad disceptacōez intel-
ligi mētaliter ‖ ꝑ ad Rōsz. Te-
stimoniū ꝛ dente illis consciā eo-
rum z int seinuicē cogitationū ac-
cusanciū seu etiam defendenciū in
die qñ iudicabit de⁹ Ergo accusa-
cōes ibi non erūt nisi mentales z
eadem racōe disceptacio z sentēci
a iudicis ‖ Ad oppositū est Gre.
xxvi. moral. c. 21. vbi loquēs ꝺ re-
pbis dicit Illi verba iudicis au-
dient qui eis fidē saltē verboten⁹
tenuerunt Sz hoc de verbo interi-
ri intelligi nō ꝑt g̃ de verbo voca-
li. ‖ ꝑ sentencia debet congruere
statui illorū contra quos ferēda
est Ergo sicut in iudicio particulari
contra animas exutas fertur sen
tencia spiritualis Ita tunc cū fer-
tur in homines corporaliter assi-
stentes: debet esse corporalis ‖ ꝑ
Augustin⁹ 10. de ci. dei. c. 1. dicit q
per quot dies hoc iudicium tēda-
tur incertum est Si fieret mentali
ter statim expediretur Ergo erit
vocalis ‖ Ad istam questionem
respondet sanctus thomas super
4. sententiarum d. 47. q. 1. ar. 2. d. q
quid in ista questione sit verum p
certo diffiniri nō potest probabi-
lius tamē estimatur q totum il-
lud iudiciū et quo ad discussionē
et quo ad actūsationem malorū
z commendationem bonorum z
quo ad sententiam de vtrisq; mē
taliter perficietur quia si singulo-
rum facta nārarentur inestimabi-
lis tēpois longitudo exigeret. Vñ
sm eum Probabile ēq; p̄cessus
recitatus Matth. 25. Esurivi q̄tā
mentaliter tm̄ perficietur salua ue-
rencia doctoris sancti Alij dicunt
probabilius z concordancius cū
textu sacre scripture videliz q ibi
erit disceptacio tam vōlis q̄ men-
talis qua xp̄us qui iudicabit ē
deus z homo z iudicabit modo di-
uino z modo humano Et exh° e-
rit mai⁹ gaudiū sensibile beatoz
z magis doloz sensibilis malorū
Magis autem congruet corpali
apparitione iudicis z iudicandoz
z etiam vocali eorum citacionē p
cedenti iudicium p tubam de qua
lectione precedenti dictū fuit Vñ
dicendum videt q vocalis erit ac
cusacio malorum a cristo dicente
realiter consimilem processum sic
ipse posuit Matth. xxv. Et commē
dacio z sentētia diffinitiua. conse
quenter erit similiter accusacō menta
lis sicut dī in lectione p̄cedenti q
traducent eos ex aduerso iniqui
tates eorum An homines testifi
cabunt ꝺ tē malos vocaliter ē m̄ du
biū. Dicit q̄dā q sic Angli vno q
fuerit custodes ē plurz specialiter tes
ficabunt cōtra eos sicut tenēt sā
Et h° idē ꝺt Apulei⁹ li. suo de ꝺo so
cratis Notāꝺ ē āt q fiet discussio
ꝺ duobz viz ꝺ p̄ceptis iustitie de
opibz mie Re pbi ei dānabūt ꝑ
ē 2° viz q peccaverit trīsgrediē° p
cep̄ iustitie z q pctā sua n̄ ꝺpeniē

p opa mie · prima erit de meritis
a erit mental' · secida de opibus
mie vt appareat eos nō eē dignos
mia a erit reuera vōlis sicut sonat
textus euangelij // In oppositum
huius vie dicendum q̄ Augustī-
nus non negat sermonem ꝫ ser
monis prolixitatem · // Ad secidū
vult Augustinus dicere q̄ non fi
et discussio in particulari a singil-
lati de culpis vocaliter : ꝫ mentali
ter simul tñ a in vniuersali iudica
bunt vōliter sicut dem̄ est // Ad ter
ciū q̄ accusacōes fient v troq; mō
a p cogitacōes vniuscuiusq; ad se
metipsū mentaliē a p replicacōem
iudicis vocaliter de opib⁹ mie ne-
glectis // Ad motiuū doctoris tenē
tis viā oppositaz de plixitate tpis
pz q̄ non requirit magnū tēpus
ad replicandū cōtra omnes in ge
nerali a ad pferendum sentēciaz
mō predicto Sed discussio taz me
ritorū q̄ peccatorū in particulari
erit mentalis vt dictū est · De die
vero iudicij generaliter hoc credi-
mus a tenemus q̄ non erit ante
q̄ anticristus veneit sicut Apostо-
lus · 2 · ad · Thessz · 2 · Cuius aduen-
tus nobis omnino incertus est ·
Nam circa eius aduentum calcu-
latores a pseudo astronomi sedu-
cti sunt · Hoc tamē sciendum sicut
dt quida exposito⁹ sup capitu · 2 ·
Apoc · Antixpūs regnabit sic ibi-
dē dt · 42 · mensibus a tribus āmis cum
dimidio a tūc venīet Enoch a He
lyas a p̄dicabūt diebus 1260 · Hoc
est tota tpe q̄ regnabit antixpūs
armati sacris vt p̄uocēt hoīes ad
p̄niaz q̄s tandē occidet Antixpūs
a īsepulti iacebūt p tres dies a di-
midiū q̄ppe Antixpi timorem Et po-
stea resurgēt a ascēdēt in celū a po-
stea occidetur Antixpūs a xp̄o vel
a Michaele sicut dt Glō · Tessz · 1 ·
Post mortem autē Antixpi dabū-
tur ad p̄niaz · 45 · diebus p illis q̄ i
psecutione Antixpi tybauerīt
Tūc ergo ministri a sequaces Anti-
xpi licet ipse sit mortuus pacē a secu-
ritatem habītes vbiq; ducēt vxores
a celebrabūt cōuiuia Et cum dixe-
rint pax a securitas tūc repentinus
eis supueniet interitus Ita grauis
a subitus sicut ē dolor mulieris p-
turientis Et non effugient sicē dt
Aplus Thessz · 4 · Vbi in glosa se
te omnia p̄dcā ponūtur · Sicē etiaz
dt Haymo Et habētur etiā in Glosa
Thessz · 2 · Nascetur de tribu Dan ·
Occidetur autem in monte oliueti
in papilione a īsolio suo · In loco
illo circa quem dominus ascendit
Cūm autem dominus post illos · 45 ·
dies venturus sit penitus ignorat
hec Haymo ·

nona

Lō quinquagesima ...

Videntes turbabunt timo
re horribili a mirabuntur
in subitacione insepara ...
te salutis gementes pre angustia
spūitus dicentes intra se pēniten-
tiam agentes a pre angustia spiri
tus gementes · // Declaratū est su-
perius q̄ tria genera psonaruz
necessario comparebunt iudicio
generali Judex iustus · a reus · Ju-
stus non terrebitur aliqua aduer-
sitate Reus confitebitur sine falsi-
tate Judex nō mouebitur a legis
equitate · De istis tribus quantū
ad primum declaratum est in pre
cedente lectione vbi oñsum ē q̄nō

iusti se habebunt: semetipsos fortiē p iustitia opponēdo. Continuatur ḡ lcio ista sic ¶ Postq̄ spūs sanctus declarauit qualiē iusti in iudicio testificabūtur veritatem laudabiliter. Hic ondit quō reprobi in iudicio cōfitebuntur veritatem cōfusibiliē. ¶ Et circa hoc duo facit. Nam primo ponit cōfessionis causā necessariam. Secūdo subdit eiusdem cōfessionis multiplicez materiā. Secūda ps ibi. Hīj sunt quos aliqñ ¶ Circa primū ōt spiritus sanctus q̄ illam tardā et inutilem eis saltem cōfessionem quā facient reprobi in iudicio tria p̄cedent: quia turbabūtur. mirabuntur a tristabūtur. Et ex istis ebus causis coacti veritatem de seipsis necessario fatebūtur. ¶ Quantū ad primū ōt q̄ videntes turbabūtur timore horribili. Greḡ. 24. mora. c. 2. Oculos quos culpa daudit pena aperit Sed certe in presenti: culpa daudit oculos maloruz ne videant veritatez. ꝫ statim in morte pena aperit oculos. ḡ isti homines videntes se de gloria mūdi transferendos statim ad penā infernī merito debent turbari. nec mirū: quia horrendū est incidere in manus dei viuentis ad Heb. x. ḡ tantum est q̄ nullam oportunitatē euadēdi videntes cōfitebuntur illud qđ postea subiūgetur. Secūdo mirabūtur. sicut in trā dicitur. a hoc in subitacōne insperate salutis. Rñ homo vehementer sperat vnū negociū a pse q̄ns negociū suū deficiat mirat de subitacōne negocij. Mō sic est q̄ iusti nullam spem habent de cōualescētia iustorum postq̄ fuerūt ab eis suppressi. a lcō merito āmirari dicūtur i subitacōne insperate salutis. Quia de iustis supra Sapie. 2. nec sperauerūt mercedem iusticie. Ista autem salus licet esset isperata a malis. tñ fuit sperata cotidie a bonis Inp̄s In te dñe sperauī nō cōfundar in eternum Ruia salus iustoz a dño a p̄tector eoz in tp̄e tribulacōnis ¶ Tercio reprobi ante eoz ois cōfusionem inutilem cōtristabūtur. Et quantū ad hoc dicit. Et pre angustia spūs gemētes. Et merito: quia ḥ noluerūt angustiari ꝫ deliciari. Et impossibile est sic ōt sādus Jheromꝰ q̄ quis a delicijs ad delicias transeat. Ideo ibi cruciabūtur q̄ ḥ delicate a decordiate vixerūt. Et dicēt intra se penitētiā inutilem agentes Ad heb. 12. Non inuenit penitētie locū q̄q̄ cū lacrimis inquisiuisset eam. Et iterū addit Pre āgustia spūs gemētes p̄ duplicē materiā gemitus. Gemēt em q̄ pena quā sustinebūt a gloria qua i ꝑpetuum carebunt. Quia igit in ista lectōe est mensio de penitētia et attritione quaz mali homines sustinēt post mortez Occasione huius queriē de attritione penitētium virtuose in presenti. Et sit hec dubitatio Vtrū dolor penitētis possit esse nimius. ¶ Qđ nō: q̄ dolor de pcto p̄cedit ex dei amore quia omnis dolor fūdatur in amore. Si em hō nō amaret deū nō doleret si eū offenderet. Sed amor dei nō potest esse nimius. ḡ nec dolor de pcto ¶ p̄ Anselmꝰ i quadā oracōne Vtinā sic impīguent̄ viscera aīe mee vt medulle cor̄ris mei ex

mei excitentur. Ergo talis dolor de pctis qui mortē cordis inducit est laudabilis. g licet esset tāt nō est nimis. ¶ pp de pe. dis. 3. cito post principiū dr de penitēte Sem p doleat a nō sit q satis doleat. ¶ pp ad contricōez requirit dolor maxim. g null potest esse nimius. Assumptū pt q quātus est amor coniūctionis ad dēū tantus debet esse dolor de sepacōne Sed amor ciūctionis dr esse maxim. q maior debet esse q amor ciūctōis anime ad corpus Ergo dolor debz esse maxim. g dolor de pctis nō potest esse nimis. ¶ Ad oppositū ad Rō. 12. exhibeatis corpora vrā hostiā viuentē deo placentē: ra cōnabile sit obsequiū vrm Sz dolor cōtritionis potest esse tantus q interficeret penitentem. g foret irrationalis. ¶ pp virtus moralis cōsistit in medio a coreūpit tam suphabundātiam q defectuz. Sed contritio est virtus moralis cū sit ps iusticie. g consistit in medio. ¶ Ad questionē dicendum q in penitēte est considerare triplicem dolorē Vn est eēncialis pnē a est in wlūtate ipsa: viz displicentia de peccato p q̄nto pctm est offensa dei Et ista displicentia wlūtatis ē essencialiter contritio. Et quia dolor directe causat de caritate in dēū que sm legē datam intendi nimis nō potest. Iste dolor nō potest esse nimius. Alius est dolor nō essencialis pnē a est in sensualitate. Et ē passio appetitus sēsitiui. a iste dolor causat vno mō ex redūdantia doloris vel displicētie in wlūtate p modū quo vires inferiores obtemperant in suis actibus seu viribus inferioribus. sm q dr Aristotiles 3. de aīa. q appetitus intellectiuus rapit aliq̄n appetitū sensitiuū sic̄ spera speram. Tercio pt accipi dolor i penitēte p afflictione corporali. Et istis duob modis possibile est q dolor pēitentis sit nimis. sm doctores multos: q nō licet alicui inferre sibijpsi ex intentione causaz mortis. Sed de secūdo dolore pt eē dubiū: ex quo dle dolor causat directe a naturaliter ex displicentia wlūtatis: cū displicentia ipa non possit eē nimia nō appaebit quo aliquis dolor possit esse nimius. Sz de isto tercio dolore qui causat ex afflictōne corporali constat q possit esse nimius Ideo videt dicē duz q si penitens ex vehemētissimo amore ad dēū tantū doleret de peccato suo q causaretur dolor i appetitu sensitiuo tante intencōis q corrumperet armoniam corporis necessariam ad vitam a si induceret mortez: non esset iste dolor excessiu in genē mortis nec superflu. g vitiosus a opus perfecte pnē: hoc tamē supposito q wlūtas sic pēitentis nō ferretur in illaz passionē causādam ipē mortem cōsequendam sed tantū ipē displicentiam de peccato de quo i quē dēū offendit. Et sic legim multos ōmēdatos de pfectione contritionis. ¶ Ad primū ōcludendū est ōclusio de dolore qui est displicentia wlūtatis vel de dolore ab ea naturaliter vel cāto a dilectione. ¶ Ad secūdum de dcō Anselmi Excessiuus a methaphisicus modus loquēdi est nec oppecijt q humores sui corporis

supra 121

exſiccarentur ad literam: ſed motiones carnales in eo extinguerent vel cōcederet poteſt q̄ appetitus doloꝛē ſecūdo modo dictus quē poſui opꝰ perfectę cōtricōis. ¶ Ad tertium loquitur de diſplicentia voluntatis.

¶ Ad quartū dicendū q̄ doloꝛ p̄mo modo acceptus debet eſſe maximꝰ in genere. quia quantū aliq̄d placet: tantum contrarium diſplicet. deus autem ſumme placet: ideo debet ſumme diſplicere peccatum. Non eſt tamē neceſſe q̄ doloꝛ ſenſitiuus ſit maximus: ſed tantum intellectiuus. quia ſic debet homini peccatum diſplicere: q̄ michi plus ſibi diſpliceat q̄ pro nulla re velle peccare. Et hoc ē neceſſariū ad cōtricōē. Et pro tanto dicit maximus doloꝛ p̄ cōpationem ad alios doloꝛes de tribꝰ creatis cauſatos Notabiliter dicit q̄ videntes turbabūtur timoꝛe. Cā em̄ quare puerſimō nō turbant̄ eſt: q̄ nō vident defectꝰ ſuos neq̄ pericula ſuoꝝ defectuum. Et vna ratio q̄re nō vident eſt ſne gligētia platoꝝ q̄ doctoꝝ hō enim ſe nō videt niſi per ſpeculū ſibi obiectū. Prelati q̄ doctoꝛes ſunt vel debēt eſſe ſpecula laycoꝝ viuendo: docēdo q̄ corripiendo. q̄ ſi ſic eſſent peccōres ſe viderent q̄ agerent penitentiā. Iſtud aūt ſpeculū offꝛt ſuū eſt inſipientibꝰ: ſ placitum valde ſapientibus ꝓ puerbioꝝ. 9. Argue ſapientē q̄ diliget te. Et reuera opꝰ caritatis maxime: eſt p̄munire hominem de ſuis defectibus moderate Nemo enim eſt quātumcūq̄ ſapiens qui omnes defectus ſuos videꝝ poſſit. Vnde in libro quodam qui intitulatur de dictis philoſophoꝝ a ſapientum. c. de dictis Alexandri ſic narratur. Quidam vicedominꝰ diu fuerat in ſeruicio Alexādri cōmotatus a numq̄ increpauerat Alexandrū ad partem. Iſto ergo no die ad ſe vocato Alexāder dicit ei. Non delector inq̄t in ſeruitio tuo Et alius. Quare deminer Et Alexāder Quia homo ſum: a hominꝰ ānpecerent reſiſtere non poſſunt Et tu ſi in tanto tempore nullum metum perpendiſti erroꝛem minis ignarꝰ ingratus fuiſti. Et ſi percipiēs: occultaſti eās mei fraudatoꝛ. Et confimilis ſententia ponitur eodem libro capitulo de dictis Plōis. Plato dicit ſic Homines inquit magis ex inimicis q̄ ex amicis proficiūt quia dum inimici errores eis ipſo perant inde corriguntur. Dum vero amici ſui eis non annunciant errores: ſ tolerant q̄ occultant Ipſi eorum errores augmentant q̄ continuant. Vnde ſi peccatores nobis annunciantibus vel peccata ſua deum pro peccatis punientem videre non eſt dubiū quin ſalubri turbarentur In Pſalmo Videūt te aque deus viderunt te a timuerunt q̄ turbate ſunt abiſſi Videūt te aque gloſa id eſt populi timuerūt de peccatis q̄ turbate ſunt ꝓpter contritionem abiſſi id eſt profundiſſimi peccatoꝛes. ¶ Lectio ſexageſima

Hi ſunt quos habuimus a liquādo in deriſum q̄ in ſimilitudinē ipropꝛiū nos inſenſati vitam illorum eſtimabamus inſaniam q̄ finem illoꝝ ſine hōre. Quomō ꝯputati ſūt inꝰ filios dei q̄ inter ſcōs ſors illoꝝ eſt:

Postq̃ spūs sāct⁹ assignauit cō
fessionis confusibilis a reprobis
in iudicio faciendę causaz necessa
riā Pie enārat eiusdē confusionis
materiam multiphariam Pri° ei
fatent̃ se peccasse in primos Secdo
se erasse quo ad seipos ibi· ergo
errauim⁹ Circa primū duo facit
quia primo petit recongnicionez p
uersitatis Secdo admiracionez noui
tatis ibi quō g· ¶ Quātuz ad pri
mū recongni° coz stat ex duob⁹
Fatentur ei expresse·primo q̃ viuos
iustos iniuste detēpserūt· Secdo q̃
vitam eoū male iudicauert· De
primo dicunt sic Hīc fuit quos ali
qū habuim⁹ in derisum a in simi
litudinē iproperij Aliquā° supple
bui tpe vite mundialis hūimus i
derisum Job 12· deridet̃ iusti sim
plicitas Sed certe non impune q̃
pri· 3· Illusores ipse illudet a mā
suetis dabit gratiā Et ei⁹dez rip·
Parata sunt derisoribus iudicia et
malleipercutientes stultoz corpi
bus· Cōmuiter derisores sunt per
tinaces a dure siue ferree ceruicis·
Et ideo dyabol⁹ sicut faber ferrari
us malleabit sup eos q̃si sup can
dens ferrū in inferno Et in silitudinē
impersij q̃ impersū q8 fecerunt
sanctis nō fuit verū impersū Ve
rū enim impersū est de malo Ip
si aūt imperauerūt quod nō fu
it malū imo bonum sicut q̃ erant
pauper a abiecti in mūdo q̃ ipi cre
debant in hominē crucifixum q8
fuera non fuit imperiosū ß pcio
sus gloriosū Ad Gal·6· Absit glo
riari misi in cruce dñi nri ihū cristi
Sic g̃ fatentur quia viros iustos
iniuste cōtempserunt Secundo fa
tent̃ q̃ vitam illorum male iudica
uerūt Et hoc dicitur quātū ad me
ritum a quantū ad premiū Quan
tum ad premiū fatētur q̃ vitaz sā
ctorum estimauerunt insaniam·
Unde dicunt sic Nos ise insati esti
mabam⁹ vitam eorum insaniam
Face mirabilis transmutacio Rī
vixerunt a alios repercunt reputa
bant se sapiētissimos Sapientes
ad decipiendum: sapientes ad ac
quirendum· a sapientes ad semz
ipsos defendendum Sed reuera
Stultam fecit deus sapiencia hu
ius mundi Et ideo bene incipiunt
suum confiteor dicentes· Nos ise
sati vitam illorum estimabam⁹ i
saniam Vī de nostris temporib⁹
procedamus quorum vita mag
reputatur insania q̃ vita illorum
qui cristum totaliter imitantur in
voluntaria paupertate qui relin
quunt habita a habenda· Renū
ciant curis ecclesie· a hereditates
amplas permittunt alios occu
pare Isti apud mundo deditos fa
tui fabulosis insani putantur Sz
a quibus? Certe non nisi ab insa
nis mundi amatoribus Et istud
est mirabile Credūt fatū xpiani
xpm saltē voten⁹ eē a fuisse dei
pris sapiaz a veisse in mundum
ad docendū hoies viam rectam ve
ram a sinceram: in celum produce
tem Et tamen illam viam sectan
tes derident et abhominantur et
quantum possunt deprauantur·
Nota q̃ quatuor genera hominū
cristum legimus derisisse· diuites
auaros· Principes preclaros· mi
lites amaros· et simplices igna
ros· Et isti minime peccaueit inter

omnes · De primis habemus Luc 16. Vbi xps legitur dcuisse q̄ nemo potest deo seruire a māmone. Et ibi subditur sic Audiebāt autē omnia hec pharisei a q̄ erant auari a deridebant eū. De secundis Luce 23 deridebant eum principes dicētes · Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere Et in eo dē capitulo Spreuit autem illū herodes a exercitus eius a illusit̄ i dutum veste alba · De tercio genere hominum Luce 23 Illudebant autē ei milites a accedēt a offerētes acetu dicentes illi · Si tu es rex iudeoz saluum te fac · De quarto genere hominū scribit Luc · 18 · Q̄n suscitauit filiam archisinagogi q̄ a dixerat Nō ē mortua puella: sed dormit · deridebāt eū scientes q̄ mortua est · Cum ergo xpristi tot derisiones patienter pro nobis sustinuit felix est qui pro eo vices rependē do derisiones maloz equanimit tolerabit a sustinebit · Nisi ei sancta mūdi dilectoribus cōtemnatur: viam xpi non sequit nec discipulorum eius · Qui enim mūdū dereliquit: a honorem tñ a mūdanis requirit · Iste videtur seruire deo: sed mercedem recipiet a diabolo · Gaudeāt ergo mūdi contēptores quociens vite sue inueniant derisores, immo ex hoc recipiant augmentū q̄ viam xpi imitantur si a mūdi dilectoribus tamq̄ fatui contemnentur · Vnde Seneca libro de moribus Nondū felix es si non te turba irriserit · Si beatus vis esse cogita hoc primū non contēnere ab aliis cōtempti Coy · c · Spectaculū facti sumus mundo: angelis a hominibus.

dicit apostolus de secta suis sequacibus Nos stulti ppter xpm · vos aūt prudentes in xpo · Et ē promitte dictum scōm glo · q · d · Nos reputamur stulti: a qui xpm pdicamus a putatis vos esse prudentes quia tacetis a non est verū Vnde Aug⁹ super ps 38 Et ponitur ibidem in glosa super illud prealleg̃atū · āgelis a hominibus · Boni enim angeli a homines laudāt nos a mali irridēt · Hec sunt dextera · a hec sinistra · hijs vimur quasi armis ad ferendum dyabolum scilicet laudātibus a vituperantibus si nec ista eleuent nec illa frangant · Hec Aug⁹ dicent q̄ xpristiani a xpi sequaces cōtemnentes in iudicio generali Nos insanam vitam illoruz estimabamus insaniam a finem illorum sine hōre · Istud fuit licet satis fatue ppter salsitatem aūtis tamē satis bñ consequent estimatuz · Si enim vita foret insania: finis foret sine honore Nam honor est primum virtutis scōm omnes · Secundo principaliter in ista lectione posita cognicionis peruersitatis · Ponitur admiratio nouitatis sub nota questiōis tal · Quō ergo computati sunt inter filios dei: a inter sanctos sors illorum ē · Istam questionem querent rationabiliter quia certe est de mirabili euentu · Sed querent eam minus tarde pro salute sua · Si ei hāc quesiuissent invita: eam prestitit p xpi pdicatores dixissent q̄ Job · 1 · dedit eis potestatē filios dei fieri · Vnde qui natura eramus filij ire talem a deo recepimus pre graciam caritatē vt filij dei noiaremur a simus Jo · 3 · Videte qualem caritatē dedit

nobis deus vt filij dei nominaremur
et simus Adhuc tamen aliquid re
tinentes de veteri fatuitate expri
munt eam in titulo quomis cui di
cunt q inter socios sors illoruz est
quasi status bruticinis non meri
tis: si sorti deberet attribui. Pt ta
men mores sanctorum pro tanto vo
catis sors q q diu homo viuit in me
tum est quid de eo finaliter euenia
at a pter mutabilitate voluntatis
p pcm defacili inhabilis ad per
candum Eccl. 9. Sut iusti atq sa
pientes et opa eoruz in manu dei
et tamen nescit homo an amore vel
odio dignus sit sed omnia in fu
turu seruantur incerta Et bene di
cunt q iusti computati sunt inter
filios dei Illa que sunt preciosa bo
na seruantur sub certa computa
tione Illa que sunt vilia in caduc
sub computatione. Isto mo sancti
qui sunt precioli coraz deo ysaie.
13. Pretiosior eit vir auro et homo
mundo obriso. Fatui vero non ca
dunt sub computatione quia Eccl. 1.
Stultoz infinit9 est numer9. Hij
sunt quos aliqn habuim9 in deri
sum Notandu q inter locutiones
humanas vna que vehemente co
trariatur virtuti est derisio. et est
derisio locutio deordinata de defec
tu hominis pter ludum vt ho i
de erubescat Vn intencio deridentis
hz q derisio est pcm: est diminu
ere gloriam qua homo pt in con
scia sua habe de bono virtutis per
erubescentia creatam in eo sub spe
cie ludi vnde dicit Aristotiles 4.
ethicoru c. 7. q circa ludum contin
git repire suphabundantia et de
fectum et medium in quo consistit

virt9 Est enim ludus necessari9
ad vitam sicut requies quedam me
tis q si mens humana semp ex
tenderetur circa seria hebetaretur
et fatigaret nimis Et ideo conuenies
est q pro loco et tepore habeat re
em hoc autem est per ludum Caueri
tamen debet suphabundantia max
ime Quia dicit Aristotiles 2. Ethi
coz delectatio est necessaria ad vi
taz sicut sal ad cibu Modicu aut de
sale sufficit ad magna qntitate ci
bi Vnde si quarta ps cibi foret o
sale michil valeret Eodem modo o
ludo certis tepoib9 sufficit ad qe
tem mentis Vn illi qui totum tem
p9 suum expendunt in ludis vena
toib9: aleis et taxillis excessiui sunt
et vitiosi in ludo. de quibz verificat
illo sapie 17. Estimauerunt ludum
esse vita nostraz. dicit g Aristoti
les loco p allegato q nimis derisi
ui suphabundant in ludo et sunt
tales qui michil curat qd dicant
siue sit offensiuu siue placiduz si
ue honestu siue inhonestu dummo cau
set risu Et tales sunt onerosi michil
omno desiderantes n risu et vocatur
belmolothi et raptores teploz Et i
ponebatur illis hoc nome ad fili
tudine miluoru volitanciu circa te
pla gentiliu. In illis em locis velmq
bantur inestima o sacrificijs aiali
um Vn sic milui o tinue volitant
circa tepla ad micb aliud valentes
misi vt rapiat intestina Ita belmolo
thi in offerendo cu hoibz micb aliud
explorat n defect9 hoiz qs possint
recitare ad causandum risum in a
lijs et in alijs erubescentiaz Et tal
ludus non est ludus liberal nec
disciplinatus o finale et idisciplinat9

S. 3.

quia ad ludum literalem requirit
q dicantur placida a honesta.
Est ergo notandum q deisio quatuor facit. Primo ostendit stulticiam: suspendit amicitiam: offendit iusticiam a intendit malicia. Primo ostendit stulticia. quia qui deridet hominem simile sibi pro quocūq defectu naturali vel morali ignorat propriā fragilitatē. Potest ei fieri derisibilis de consimili si deus permittit. Unde Greg. 24 Moral. c. 1. Quid fumus hodie nouimus: quid autem post paululū esse possumus nescimus. Hij vero quos fortasse despicimus a tarde possunt incipere a tamen vitam nostram feruentioribus studijs anīre. Timendū itaq est ne etiā nobis cadentibus surgat q nobis stantibus irridetur. q̄uis stare iam nō nouit q nō stat tem nouit irridē. Hec Greg. Et ideo aduertat quilibet illud Job. 2. Cum ceteros irriseris tu a nullo cōfutaberis. q. d. q sic. Quia proūb. 3 de deo dicitur. Illusores ipe deludet. Secundo suspendit amicitiam. Est enim vt frequenter causa contentionis a discordie. pueri. 13. Eice derisorem a exibit cum eo iurgium.
Tercio offendit iusticiā. Facit ei derisor alteri qđ sibi nollet fieri. Et ideo pūbij. 19. Parata sunt derisoribus iudicia. Quarto intendit malicia. Incipit ei in ludo a sub specie ludi intendit i honestatem proximi a sic committit mendacium facti. Ibere. 6. Omnis amicus fraudulēter incedet: a vir fratrem suum irridebit a veritatem non loquetur. Et ideo contra derisores dat scriptura quatuor minas. Dicit enim q non sine arguendi de iniq̄tate: nō sunt instruendi de fatuitate. Sunt eicēdi a societate a sunt deridendi a dei maiestate. De p̄mo pūbij. 9. Noli arguē derisorem ne oderit te. Argue sapiētem a diliget te. De secūdo. Queret derisor sapientia a nō inuenet. De tercio pūbij. 21. Eice derisorem a ē de quarto. Tu dñe derides eos: ad michiluz deduces ōnes gētes. Sap. 12. Propterea hec tā q̄ pueris ī sēsatis iudicia eis i deri su debistia ē. Lectio 61

Ergo errauimus a via veritatis a iusticie lumen nō illuxit nobis a sol intelligē tie non est ortus nobis. Posita est sup̄ violenta confessio quā reprobi compulsi facient i iudicio generali quātum ad iniusticiam quaz proximis intulerunt. Hoc ergo facto exequitur spiritus sanctus ponere eorum confessionem quantum ad maliciam quam in seipsis habuerunt. Et circa hoc duo facit. Primo ponit eorum cōfessionē. Secundo dictorum ē capitulacionem ibi: Talia dixerunt. Circa primū tria fiunt. Primo fatentur se iuste fuisse defraudatos a vera cognicione: Secūdo fatentē se fuisse frustra fatigatos i opacōe. Et tercio fatentē se fuisse vane deordinatos in dilectō ne. Secūda pars ibi. Lassati sumus. Et tercia ibi. Quid nob. p̄fuit sup bia. Dicit g primo cōsequenciā ter sic iferē do. Ergo erraui? ac. Optime cōcludūt de seipsis: nos insensati estimabam? vitā sōz fuisse īsanā a finē illoz sine hōre. Et tā vide? q vita eoz fuit fūma sapia a finis eoz ē i maximo hōre. g. ostat nob

modo ꝙ tunc erratum⁹ a via ve-
tatis ⁊ a doctrina xp̄i Joh. 14. Ego
sum via veritas ⁊ vita Et iusticie
lumen nō luxit Quia sponte recef-
sim⁹ a via veritatis ⁊ a doctrina fi
dei cristiane. ⁊ ideo lumen iustici-
e nō luxit nobis Sicut ille qui eli-
gens vīs in supfitie terre. ambula-
bat p speas subtraneos ipemet
recedit a lumine ⁊ est causa sibīp-
si carentia luminis Sequit̄ et sol
iustitie nō est ort⁹ nobis. dicit̄
em̄ crist⁹ sol intelligencie ⁊ sol iu-
sticie Sol intelligēcie qe facit eu
nobis intelligere p fidem ysaie.
vii. Nisi credideritis non intelligetis
sm vnā lr̄am Sol iusticie qe iuste
retribuet nobis sm facta nostra.
Malach. 3. Orietur vob timētib
nomē meū sol iusticie. Compat̄
autē xp̄s soli ꝓpter tria. primo qe
sicut sol ē causa ⁊ fons luminis ⁊
caloris ⁊ vite corpaliter in istis in
ferioribus Vnde dicit Aristotiles
2. phic. hō gignit hoiem ⁊ sol Ita ēt
us causa est notitie ⁊ vite gr̄cie i
omnibus creaturis Vñ sicut sol
radios suos vbiq; picit supra pul
chra ⁊ feda Ita xp̄s radios sue bo
nitatis extendit nō solū ad benos
ꝫ etiā ad malos eos ad penitenci
am alliciendo eis tpalia largien
do ⁊ penā eis debitam differendo
Ecc. 42. Sol p omnia illuminans
respexit ⁊ Matth. 7 Solem suū ori
ri facit super bonos ⁊ malos. Vñ
autē ita ē qꝫ sol picit radios suos
sup niuem ⁊ super glacieꝫ ⁊ non
liquefaunt signū est qꝫ aliqs pla
neta frigid⁹ impedit radios solis
et ei⁹ effectū Et ita est moraliter
quādo crist⁹ picit radios sue dem-
cie sup cōr congelatū alic⁹ pecta-
toris facit eum cogitare de benefi-
ciis cristi in creacōe redempcōe ⁊
peccatorū remissione. ⁊ premiorū
distribucione ⁊ tamen nō liquef-
cit cor illud durum Reuera signū
est qꝫ frigidus planeta ⁊ dyabo-
lus p maliciam infrigidatus Jer.
vi. Sicut frigidā facit cisterna a-
quam suam: sic frigidam fecit ma-
liciam suam dñat̄ dyabol⁹ sup re-
gionem cordis talis Et per oppo-
tum ē de peccatoribus congelatis
non tamen in tanto excessu infri-
gidatis Illi enim liquefaunt ad ē
dios solis xp̄i Exemplum de petro
Luc. 22. Qui postq̄ xp̄m negaue
rat ⁊ xp̄s eum respexisset egress⁹
foras fleuit amare Ecce quomodo
liquefcebat ⁊ conuertebatur in a-
quam Exemplum de magdalena
Luce septimo que irradiata ab is-
to sole lacrimis cepit irrigare pe-
des eius ⁊ capillis tergere de qua
canit ecclesia liquefecit ⁊ refecit ē
solutam in lamentis verbum mis-
sum celitus. de talibus exponit̄
illud qꝫ Regum 3. Surgentes or-
to sole ex aduerso aquarum vide
runt moabite. ꝙ Secundo compat̄
xp̄us soli: ratione sue mocionis.
Quando ita ē qꝫ sol rubet de mane
in ortu suo signum ē tempestatis
sequentis ⁊ quādo rubet in occa-
su signum ē serenitatis Vnde Ma
th. xvi. Facto vespere dicitis. Se
renū erit. Rubicundum ē enim ce-
lum. Et mane hodie tempestas
erit. Rutilat enim triste celum.
Sic circa cristum accidit. Naz p⁹
ortum ⁊ originem sue predare na
tatis stat̄ rubor apparuit qꝫ die

octauo vene ſunt circũ ciderẽ puer
Vnde ſtatim effudit ſuũ ſanguinem · Et certe iſtum ruborẽ ſequebatur tempeſtas valida · In pſalmo · In circuitu eius tempeſtas valida · Iterum etiam ſero in octaua iſtius ſol̃ apparuit rubedo magna quando totum corpus effulſit ſanguine flagellatum · concaua tũ · lanceatũ a ſpinis in capite coronatũ · Sed iſte rubor fuit ſignũ future ſeremitatis in reſurrectõe a trãquillitatis ꝑpetue · Thob · 3 · Poſt tempeſtatẽ tranquillũ facis a poſt lacrimacõẽ a fletũ : exultacionẽ infundis · Sicut autem ſol fine leſione oculoꝝ conſpici nõ poteſt daẽ. ſi ſi nube tegatur que non ẽ nimis groſſa delectabiliter ia videt̃ Eccleſiaſtes · 2 · Dulce lumen a delectabile oculis eſt videre ſolẽ · Ita filius dei in ſue nature puritate ab oculis mortalibus videri non potuit ante incarnationem · Et ideo volens ſe exhibere hominibus nube humanitatis noſtre de virgine ſumpta ſe inuoluit operante ſpiritu ſancto : ſicut ꝓphetatum fuerat Ezech · 32 · Tolẽ nube tegam · Tercio ſic̃ radio itromiſſo in domum quãtumcũq; videatur puã : oñt eam habere plures que tamen non videnẽ niſi i radio ſolis Ita declarat xp̃s domum conſcientie i quocũq; homine quantũcũq; videatur honeſta magnam copiam habere venialium peccatorũ qz quanto magis aliquis grate radium recipit : tanto magis ſe freqncius de erroribus ꝓpriis deprehendit · Iſtum ſolem a ſuum radium : tria a nobis ſubtrahunt a abſcondunt · tra · nubes a luna · Tẽra mũdialis cupiditatis Nubes temporalis vanitatis · Et luna carnalis voluptatis Quando terra q̃ ẽ infimũ elemẽtũ inꝑponitur iter aſpectũ noſtrum a ſolem ſicut contigit de nocte · Nec videmus ſolem nec ſolis radios : ſ manemus omnino in tenebris infra vmbram terre · Iſto modo multi fuut inter quorũm aſpectum a deum interponitur ipſa terra quia tota eorum ſollicitudo : cogitacio affectacio ad terram dirigitur · Et eis occidet ſol in meridie ſicut dicitur Amos · 8 · Sunt alij quib⁹ ſol abſcondit̃ propt̃ nubem interpoſitam · Dignitates huius vite volatiles ſunt quaſi nubes fine quiete · que inꝑponuntur ſupra oculos ſuperborum a ambitioſorum a deum q̃ eum videre nõ poſſunt quia nubibus atris condita nullum fundere poſſunt ſidera lumen · Primo de cõſolatione i fine : ſ i morte ſatis eum videbunt ad terrorem a iudicium ſuum · 2 · Mach · 1 · Tempus affuit q̃ ſol refulſit qui prius erat ſub nubibus · Tercio ſunt alij quibus ſol eclipſatur per inꝑpoſitionem lune carnalis voluptatis Et hij ſunt terreſtiales libidinibus dediti a igne cõcupiſcentie iflammati · In ps̃ Super cecidit ignis a non viderunt ſolẽ · Dictum eſt ſuperius q̃ xp̃us ſoli comparatur propter operationẽ viuificantem : apparicõnem ſignãtem a declarationem manifeſtantem · Reſtat ergo conſiderare qualiter iſte ſol moralit̃ complet a ꝑagit motum ſuum · ¶ Vbi ſciendũ q̃ ſol ſicut ceteri planete deſcribit zodyacum complens curſum ſuum in anno ſolari et pertranſiens

vniuersa sig̃ q̃ fuit 12. iuxta illos
versus cões. Est aries taurus gemi
cancer leo v̊go Libraq; scorpius
architenẽs cap amphoa pisces
dicitur aũt aries esse dignior ps
dextra cœli a nobilior vnde incipit
motus Vnde aries ẽ primũ signũ
fm pbm a fm catholicos Sol cre
atus fuit in ariete 7 ideo in ariete
fuit primo sicut tenet cõmuniter.
Moraliter p ista signa 12. transit
a trãsibit xp̃s. Primo enim in sta
tu innocencie qñ creauerat p̃mos
pntes a in paradiso collocauit nul
lam adhuc feritatem eis ostendit ꝫ
tamtũmõ potenciã in creãdo a gu
bernando res a innocenciã. Aries
aũt est aial naturaliẽ innocẽs fm
genus suũ fortis tamẽ a potens i
sua specie Et ideo moraliter dei fili
us tunc fuit ꝯsi in signo arietis q̃
michil aliud adhuc mundꝰ signa
uerat pũ. 3. Aries ẽ a non rex qui
resistit ei Sed statim homine pec
cante transiuit in thauꝝ qui est
aial magne fortitudis a mag
ne feritatis quia statim eos expu
lit de paradiso in terram Inflixit eti
am eis necessitatẽ moiendi in cor
pore ad inferos descendẽdi in mor
te. Est ãt natuã thaui q̃ q̃tũcũq̃
fuerit ferox si ficui alligat mãsuesc
cit. Sicut dicit ysi. etꝫ. 11. ca. Et
ita fuit de filio dei donec alligatus
esset ficui dulcissime v virgini glo
riose p incarnacõem: cõtinuam fe
rocitatem ad genus humanũ se
uauit ꝫ alligatꝰ ad eam vinculo
filiali continue manuescit Et ve
rificatum fuit illud Mathei viceſi
mo primo. Ecce rex tuus venit ti
bi mansuetus Et ideo tunc tran
siuit iste sol in signum geminorũ.
quando duas naturas ineffabi
liter copulauit procedens de tha
lamo suo pudoris aula regia ge
mine gygas substãcie alacꝫ ut cur
rat viam sicut dicit Ambrosius
Gen. viceſimo quinto Et ecce gemini
in vtero eius reperti sunt. Depin
gitur illud signum in forma duo
rum iuuenum seinuicem amplec
tenciuꝫ Et sicut quidam fingunt
Illi fuerunt Castor a pollux duo fi
lij Jouis se mutuo diligentes i tã
tum q̃ cum Castor haberet a pre
imortalitatem v posse non mori si
voluisset: imoi voluit p germano
suo ad tempꝰ vt vtriq; daret im
mortalitas Vnde ambo stellificati
sunt et signo illo nuncupati qꝫ
gemini dicitur Ita xp̃s factꝰ ger
manus hominis q̃uis posse non
mori habuit: si voluisset. p̃elegit
tamen pro hoie mori ut nos imor
talitatis sue faceret esse participes
De isto signo transiuit sol iusticie
e cristus in Cancrum. Cancer est
piscis retrocedens id est passo re
trogrado vadens Juxta illud Aui
am in quodaꝫ Apologo. Curua
retrocedens dum fert vestigia cã
cer. Et isto modo videbatur ẽstus
retrocedere dum vixit in mundo.
Rectus enim incessus iusti homi
nis deberet esse de v̊tute ad hono
res. de merito ad premium. de la
bore ad requiem. Sed cristus con
tinue retrocessit de virtute ad vitu
perium. de vituperio ad verbera.
de verberibus ad crucem. et sic
ad mortem. et tandeꝫ ad infernuꝫ
Vnde toto tempore inter natiui
tatem et resurrexionem moratus

12 v

est sol noster i cancro · Et sicut sole existente i cancro maximus feruor mundo infunditur Juxta illud Ethiopum terras ac Jn cancro sol ac · Jta xps isto tempore iterme dio maximam caritatem hominib⁹ demonstrauit · Sed de isto signo i trauit leonem i resurrectõe · dicit enim Jsa · 12 · Ethim c · t · q catul⁹ leonis de nouo natus tribus diebꝰ iacet quasi mortuus · a tandem p⁹ tres dies pre patris rugitu suscitatur a dormicione seu a morte · Jsto modo xps cũ mortu⁹ esset tres dies per sinodichẽ mortu⁹ iacuit p⁹ quos tempus virtute patris resuscitat⁹ surrexit · Dic est leo de tribu iuda Apoc a · 4 · de quo pphetauit Jacob bñdicẽs filijs suis Jude · Gen ꝯ 49 · Catulus leonis iuda ad ꝓdam fili mi ascendisti requiescens accũbuisti vt leo q quasi leena ꝙs suscitabit eum · de leone transiuit in virginem · Toto enĩ tempore medio iter resurrectionem suam a assẽsionem doctrina a fides ecclesie in beata virgine potissime cõseruabatur Dec iterum apl̃os a discipulos docuit monuit · consolata ẽ vtpote illa que repleta fuit spiritusancto plenissime in verbi dei conceptione a ideo tunc temporis mansit i signo · in fide virginis de qua Ouidius 3 · de vetula c · vltimo O virgõ felix · o virgo significata · Per stellas vbi spica metet quis det michi tantũ Viuere q possim laudum fore preco tuarum · Nam nisi tu pfecta foras non eligeret te · Dic deus omnipotens vt carnem sumeret a te · Vbi prophetat diffuse q deus omnipotẽs sumeret de ea carnem · a q resurgeret a mortuis a q mr̃ suam virginem assumeret i corpe a anima in celum Vnde dicit sic in fine Non opus est vt eam velit exaltare gõbatim Sed simul assumet a eandem cõcathedrabit · Illic esto tui memoris memor optima virgo Illic cum fueris pro nobis tracta trahendis Oro nobis non te pigeat suadere q ad se · Nos trahat is per te qui per te venerat ad nos · A nob ipsi sit gloria laudis ab ipso · Gratia sit nobis a me te nescia vita · An sit liber Ouidij deus nouit : Quis a leone protho notatio sacri palacij Vaste sij principis referat liber ille extractus de sepulchro Ouidij · Vnde testamentum Ouidij nuncupatur · dicit enim q inuentus fuit in cimiterio publico i quodam sepulcro in suburbio dioscori ciuitatis que ẽ caput regni Coltorum · Et quia ibi non erat copia latinorum eo q armenici lingua; latinam non intelligunt · Rex Coltorum misit illum librum Constantinopolim : vbi tunc erat copia latinorum · Refert etiam q iter antiquorũ sepulchra vnum iuentum est : in cuius epigrama fuit sculptum litteris armenicis cuius interpretacio sic sonabat · Hic iacet Ouidius ingeniosissimus poetarum. Obijt autẽ anno xpristi decimooctauo sicut refert Guilhelm⁹ de vã ẽ in Cronica sua Tercio anno Tiberij · Vnde constat q si liber veraciter suus erat : fuit pulcherrima propphecia · Sed hec sunt extra propositum · // Septimo xpristus solsticie trãsiuit de virgine in libram quando a virgine benedicta matre

fua fuiſq; diſcipulis licenciam acci
piens ipſis videntibus eſt eleuat9
in celum Actu.1. Tunc enim tran
ſiuit ad libram quando coram pa
tre paſſionis ſue meritum contra
primi p̃uaricatoris pẽz appendit oſ
tendens ſe plus ſoluiſſe in pena q̃
Adam commiſit in culpa In cuius
ade perſona dicit Job Vtinam ap
penderentur peccata mea quibus
iram merui a calamitas quam pa
tior in ſtatera id eſt xpiſtus hũa
nitus loco mei: q̃i arena maris hec
grauior appareret Job.6 Octauo
de libra tranſiuit in ſcorpionẽ q̃n
corpus ſuum quod eſt eccleſia tira
ydola dom⁹ israhel. ydola sūt p̄cā
q̄ a multis colunt: ad hec nō ocu
los leuare debemus p complacen
tiam de peccato: sed potius dicere
cum Psalmista. Auerte oculos
meos: ne videant vanitatē ¶ Rē
tus gradus est: vxorem p̄rimi
nō violare. Proximus noster est
xp̄us Luce. 10. Quis tibi videtur
proximus fuisse illi qui incidit in
latrones. Est dicit q̄ Samaritan⁹
qui ibi figurat xp̄m: vxor p̄rimi ē
anima humana. Quicumq̄ ergo
mala doctrina vel malo exemplo
animā xp̄i corrumpit a allicit ad
peccatū h moraliter vxorez p̄rimi
violat a inimicū se esse declarat
Corinth. 3. Quicumq̄ templum dei
violauerit disperdet illū deus ¶
Quintus grad⁹ ad mulierem mē
struatam nō accedere. ad p̄sonaz
vicijs ire retitaz societatē nō habe
re Leuit. 14 Qui tetigerit menstru
atam immund⁹ erit sm̄ legē. a p̄.
13. Qui cum sapientib⁹ gradit⁹ sa
piens erit. Amicus stulti cum
similis efficietur. Et ideo in Psal.
Cum sancto sanctus eris ac̄. Me
struata mulier inficit speculum a
maxime nouū. sicut dicit i decop
no a vigilia. Sic mala p̄sona infe
cta p̄cō hoiem q̄ncūcumq̄ pun

p malaz ſocietatem a maxime iu
uenem inficit. ¶ Sextus gradus
eſt hoiem nō ꝯriſtari p irā a im
patiētiam: qđ faciūt pacis ptur
batores in republica Ero. xx. Ad
uenā nō ꝯriſtabis neq affliges.
Nō. xx. Si fieri potest cū ommb⁹ ho
mimb⁹ pacē hītes. ¶ Septimus
grad⁹ē pign⁹ debitori reddere. Il
le pign⁹ debitori reddit q̄ iniuriā
ſibi factā ex aīmo ōmino dimittit
Ero. xx. Si pign⁹a p̄imo accepe
ris añ ſolis occaſū reddes illi. hoc ē
ſi q̄s te offenderit: ſtatī q̄ntuz ad
rancorē dimittas ei Ep̄h. iv. Sol nō
occidat ſup iracūdiam vrām. ¶
Octau⁹ grad⁹ē p̄vim nichil rape
re. Moraliť nō ſoluz rapina corpo
ralis iuſto interdicť ſ ecīā ſpūa
lis. Eſt em̄ rapina triplex: gl'e laſ
cuie a pecunie. Gl'am rapuīt ſu
perbi a deo: q̄ Thimo. i. Soli deo
honor a gl'a Et yſa. xlii. Gl'az meā
alteri nō dabo. Et yſa. lxi. Ego dñs
odio hīs rapinā in holocauſto vanā gl'am
in omnis operib⁹. Laſciuiā rapuīt
iubrica. In cuius figurā filij beniā
min q̄ interpretant aſſimini rapuīt
ſibi vxores de v̄ginib⁹ choros du
centos in ſilo Judic. xi. Decimā
rapuīt auari yſa. x. Rapina pau
pis in domo trā. Et pu. ii. Alij di
uidūt p̄pria a ditiores fiūt: alij ra
puīt aliena a ſp̄ in egeſtate ſunt
Aues rapaces fūt ſp̄ macilente. ſ
Comm. B. 6. Neq rapaces regnū
dei poſſidebūt ¶ Nonus grad⁹ē pa
nē eſurienti dare. nō ſufficit nō ra
pere: imo oportet alteri indigenti
erogare yſa. lviii. Frige eſurienti pa
nez tuū ¶ Decim⁹ grad⁹ē nuduz
operire eſtimeto. Iud⁹ eſt qui ſci
entia a v̄tutib⁹ caret. Vnde aīa in
ſua creacōe eſt ſicut tabula nuda
in q̄ nichil depingit̄ z. de aīa yſa.
lviii. Cum videris nudū operi eum
¶ Vndecim⁹ grad⁹ē: ad vſuram
nō accōmodare Ad vſurā como
dat q̄ pene ceſſat ſe obligat p̄pter
momētaneā delectationem Sic p̄z
in Gloſa ſup illud p̄s. Ex vſuris.
¶ Duodecim⁹ grad⁹ eſt. Ab iniq̄
tate auferre manū ſuā. hoc ē a mu
nere q̄ pomt effectū p cauſa: quia
ubi occurrēt munera ibi cōiter fit in
iquitas In p̄s dextera eoz dextera
iniq̄tatis Et q̄re. Certe q̄ dextera
eoz ꝑpleta ē muneribus ¶ Decim⁹
tertius grad⁹ē iudiciū verū facere i
ter virz a virz Et illud eſt nō ſolū
cōtra malos iudices in publico.
ſed ecīā cōtra iudicātes in occlto
ſicut faciunt ſuſpiciosi: inuidi a d
tractores Iſti ei auferūt q̄ſi dyade
ma de capite dei Sibi em̄ conueniū
ſolūmodo officiuz de occultis Job
xix. Spoliauit me gloria mea: ab
ſtulit coronam de capite meo ¶
Decimus quartus gradus eſt In
preceptis dei ambulare proficien
do de virtute in virtutem ¶ Deci
mus quintus gradus eſt Judicia
dei cuſtodire vt faciat veritatem
hoc eſt p̄ſeuerātiam habere fide
lem Et qui iſta xiiii. habuerit B iuſ
tus eſt Et qui ſic dixerint: iuſti in
uenient quid reſpondeant

Lectio ſeptuageſima.

Deo accipient regnum decoris a
dyadema ſp̄ei de manu dñi: q̄mā
dextera ſua teget illos a brachio
ſcō ſuo defēdet eos ¶ Declārato q̄li
ter iuſti hñt in p̄ſti vita ſecurita
tē. hic declarať q̄lē hēbunt i futuro

P. xi.

felicitatem Et dicunt de eis quā
tuor in hodierna lectione: viz qz do
minabūtur in honore: coronabū
int cū decore: cōseruabuntur sub
bono tutore a defensabunt a di ti
more. Primo & spūs sanct9 dicit
qz iusti in futuro iudicio generali
domnabunt in honore: quia acci
pient regnuz decoris Quādo enim
anima beata pfectum obtinebit
regnum super corpus gloriosum
clarum a subtile: agibile a impas
sibile: tunc erit anime gloriosum
regere corpus suum: quod tamē
est modo valde tediosuz: quia Sa
pie 9. Corpus quod corrumpitur
aggrauat animā. Et ideo regnum
anime super corpus erit tunc tem
poris regnum decoris: quādo ani
ma subiecta erit perfecte voluntā
ti dei. a corpus voluntati anime
Matth. 6. Aduemiat regnū tuum:
fiat voluntas tua ac. ¶ Vbi no
tandum: qz regnuz decoris est ce
lum: regnum timoris mūdus: reg
num horroris infernus. Celuz nā
qz est regnum decoris a glorie Ps.
Gloriā regni tui dicent a po
tiā lo Vt no. fa. fi. ho. po. ē. a glo.
mag. reg. tui. Et Matth. 11. Regnū
celoz vim patit a violēti rapiūt
illud Bernard9 in flor. li. 9. c. 16.
Quatuor sūt genera hominuz reg
nū celoz possidentiū: alij violenē
rapiūt: alij mercanē: alij furātur
alij cōpelluntur ad illud. Rapiūt
qui relinquūt oia a sequūtur xp̄z
Sūt alij inferioris grad9 a quib9
metūt carnalia dum seminat spi
ritualia. Et dicuntur mercatores.
Sūt alij qui nōnulla bona operāte
facūt. a hij furari dicunt: qz lau
dem humanam vitantes: solo di
uino testimonio fūt ctēti. Dij āt
qui opellunt sūt pauperes necessa
rio: qs bonis pauptatis pbat:
deo dispensāte. De quib9 dr. Com
pelle intrare. Compelluntur enim va
rijs oppressionib9 a necessitatib9
afflicti. Dec Bernard9 ¶ Secūdo
mūd9 iste est regnū timoris Luc.
21. Surget gēs ctra gētem. a reg
num ad̄sus regnum a erūt pesti
len. a fa. a ē. p lo. Isto regnū xp̄s
ctēpsit qui fugit ab hoib9 q eū ēgē
re fecisse voleb āt. sic p; Jo. 6. a Jo 18
dr. Regnū meū nō est de hoc mū
do. Et ctra iste regnū timoris sic de
dāt Boeti9 3. de cso. p. 4. alludens
hystorie de dyonisio sicilo tirāno.
Exptus inquit sortis sue piculū ti
rānj regni met9 pendētis sup̄ ver
ticē gladij crore sil aut hāc histo
riā plani9 narrat Macrobi9 super
sōpno Scipiōis li. 1 dyonisi9 māt
aule fide mdemētissim9 iubatur
familiari q̄ndā suo bām estimā
ti vitā tirāni volēs qp ppetuo me
tu qp qz impendētia piculoz plēi
eēt oīdere: gladiū vagina raptū
a a capillo de pilo eq̄no pendēte
mucrone dimisso iussit familiaris
illi9 capiri inē epulas i minere. Cū
qz ille inē fidas a tirannicas opi
as pūris mortis grauareē pericu
lo. Talis est inquit dyonisius vi
ta quā tu beata; putabas. Sic mor
tem nobis semp immnētem pui
dem9. Estima quādo felix esse po
terit qui timere nō desinit. Illud
bene aduertit ille nobilis trium
phator romanus Cypus de quo
narrat Ouidius. 16. Methamor
phosios postmedium Cypus iste

veniens de bello in quo p romanis
pugnauerunt a triumphū habuerat
subito a casu resperit in vndaz de
prendit faciē esse cornutam. Esti
mās ātē se delusū p ymaginē manū
manū ad caput apposuit a in frō
te cornua reperit. Statimq; sacri
ficās dijs suis interstimis hostiarū
iussit pphetam requirere quid ist
tud pdigiū designaret pphete vo no
mie Strages cōsiderans a consu
lens diligēter. Responditq; : fata
tum erat q si intraret muros ciui
tatis romane rex fieret romanoz
p se a suis successoribꝫ meternuz
Vñ dē sibi sic. Rex ait o salue ē in
trē pe tuisq; hic locus a facie pa
rebūt combꝫ arces. Tu mō cūpe
moras portas intrare patētes Ap
pia sic fata ubē ham vrbe receptus. Rex eius a sceptro tutus poti
re plēni. Retulit ille pedem cornu
tam a membꝫ vrbis. Auertēs fa
ciem paulha paul omia dixit Ta
lia dij pellāt multoq; ego iustius
euū. Erul agā q̄ me viderāt capito
lia regem. Vult dicere q audito
responso pbē q futurus esset ex
romanoz si vrbem intrasset. Sta
tim aūrit faciē torno vultu a ciui
tate a cepit redīe a fugē a ciuitate
rogās deos q talia fata aūterent
paula pellerent ab eo asserens se
malle exulasse pspter q̄ dyadema
regni suscipē a ciuitatē intrāe Sta
tim ergo misit p pūbus a p sena
tu romano vt ad eū extra ciuita
tem venirent. Et facto monticulo
de terra: optisq; cornibꝫ suis coro
na de lauro alloquebaē romanos
in hac sīa. Est inquit prēs oscripti vnꝰ in hac multitudine quē vi
detis quē nisi ab vrbe vestra repu
leritis erit rex vester. Et sicut dicit
pphēta vobis dabit vobis iura fa
miliaria a onera seruitutis. Et iaz
ducū intrasse poterat vrbē n ego
eū impediuissem. Quis tamen sit
nō dicam nomie ꝫ signo. Ille est
qui cornua in capite gerit. Popu
lus motus fuerclamauit Quis est
ille. Et quilibet respexit frontē al
terius. Tūc Typus dicit ad pplm
Ecce inquit quē q̄ritis habetis. a
statim populo respiciente dissol
uit coronam de capite a cornua e
ius oñdit. Quo viso omes supra
modū doluerūt a fecerūt eū itera
to coronā imponē capiti. a quia
muros ciuitatis intrare nolebaē
tantum sibi de terra dederūt q̄ntū
vnū aratruz circumāgere potuit
vno die. Sic igitur istre pacez ma
huit ciuitatis q̄ gloriam suaz. Vn
de inter alia dicit sic. Ille quidem
potuit portas irrumpere apertas.
Sed nos obstitimus q̄nuis con
iunctior illo Nemo mūros est vrbe
virū prohibete q̄rites. Aut si dig
nus erit graubus vincite cathe
nis. Aut fimbre metum fatalis mor
te tirāni. Est ergo regnum mūdi
regnum timoris. Vnde Valerius
libro sexto ca. secūdo. Rex inquit
subtilis iudicij quem ferunt sibi
traditum dyadema antequ capiti
imponeret diu retentum conside
rasse a dixisse. O nobilem magis
q̄ felicem pannum quem si quis
penitus cognoscat q̄ multis solli
citudinibus: periculis a miseriis
sit refertus: nec hum iacētem tol
lere velit. Tercio infernus est reg
num luctoris siue doloris v dñaē

ille tirānus qui est rex sup omes
filios superbie Job. xl. Vbi nullus ce-
do sed sempiternus horror inhabi-
tat: cuius horrore michil sup terrā
cōparari potest Sapie. i. Non est
infernor regnū in terra: supple in
superficie terre sed citra cētrū. Nō
g̃ hoc tercium regnum nec secūduz
sed primū accipiēt sancti. Et ido
dominabūtur in honore: quia ac-
cipiēt regnum decoris. ¶ Secūdo
coronabūtur cum decore Vñ sub-
iūgitur q accipiēt diadema spec-
ei de manu dñi. diadema est
corona regia. Et dicit a dya quod
est duo a demo is: quia demit pn̄
cipium a finem. Et ē xpr̄e de auro
a lapidib⁹ pciosis Vñ Grecism⁹
Virginis est certū: dericq corona
poete Laurea: rex gestat dyadēa
vel indupator. Et est expentx sis
xpter metrū. i. imperator. Et certe
beatitudo iusto⁹ bene vocatur dy-
adema, duo em̄ mala patimur sil
culpā a penā: que duo penitus cess-
abūt. penicq ceca anime ignota
a in corpore corrupc̄is potētiam
Vñ de quolibet iusto exponi pt il-
lud ps. fm aliā trāspositionē. Fu
p ipsū autez efflorebit diadema
meū. Vbi nostra trāslatio habet
Sāctificatio mea. Et ysa. 62. Eris co-
rona gle in manu dñi a dyadēa
regni in manu dei tui Illud dyade
ma accipiēt nō de manu alicuius
āgeli vel archāgeli ꝫ de manu do-
mini. de ipso xpo: q̃ manu domi
ni: q̃ dñs pr̄ oia p filiū opat. In
ps. Fiat manus tua vt saluet me:
quī viā tuā elegi. Vel de māu do
mini. de ptāte iudiciaria xpi.

Tercio obstabūt sub uno tuto-
re. Et iō subdit. Rex dextera tua te
get illos: dextera ps in oi alia est
fortior sinistra a digno. fmo de a-
mima lib⁹ a. t. de celo. dextera g̃
dei sc̄i ptegent: q̃ sub ei⁹ oipotēcia
teq̃escēt Vñ dr Anselm⁹ Prosologio
xiv. de ptāte bto⁹ dr ptās q̃
ritur oipotentes erūt volūtatis sue
sicut deus fuit. Nā sic deus potuit q̃d
volet p seipsū: ita potēt illi q̃d vo-
lunt p illum: q̃a sicut illi nō aliud
volent q̃ q̃d ille: ita ille volet quic-
quid illi volēt In Psalmo. Etenī
illuc manus tua deduet me a tene-
bit me dextera tua. Quarto defen-
sabūtur ab omni terrore. Et iō vl-
timo subinfertur. Et brachio san-
cto suo defendet illos. Brachium
dei patris dicitur xps ysa. 53. Do-
mine q̃s credit auditui nō a bra-
chiū dñi cui revelatū est. Nō solū
āt brachiū patris dr xps: imo bra
chiū nūm si sim⁹ vnū corp⁹ cū do
patre p caritatem ysa. 33. Domi
ne miserere nostri: te em̄ expecta-
es. bra. no. in ma. a sa. nr̄. in tpe
re tribulacōis In isto brachio ē
nostra mūtio: nostra tutio. a
nostra fruitio Scitis em̄ q̃ in bra
chio fit minutio sāguinis p tot⁹
corporis sāitatē. ps em̄ sana
minuitur p curacōe ptis infirme
In toto āt corpore gnis hūani nō
fuit alia ps tō p̄fecte sana: n̄ ist⁹
brachium nūm xps. Et iō in ipso
facta ē mīnutio p tot⁹ ecclesie sāi
tatē In ps. Saluauit sibi dextra
ei⁹ a brachiū sanctū ei⁹ Istud br̄
chiū fuit calefēm p motū a ignē
p motū certi itineris. 33 āno xp̄i
quo spacō frequēter legim⁹ eū fa
tigatū. p ignē vero: quia ūmūēs

tempore passionis circumdederūt
eū iudei facib⁹ a lanternis. Fuit
ligatū in eius flagellatiōe prosū
de:percussum. habuit tamen val
de malū potū in eius minutione.
quia In ps. Dederūt in escaz me
am fel a in sitī mea potauerūt me
aceto. Datur enim potus homini
minuto vt sanguis fortius exeat
Certe sāguis iste fuit nobis me
dela salutis Aug⁹. Purus sāguis
medici factus est medicamētum
egroti In p. Redemisti in brāchio
tuo pl'm tuū filios Jacob a io. ¶
Secūdo in brachio isto est nostē
tuitio in quo solo inimicos nros
prosternim⁹. Nullum em op⁹ no
strū meritoriū est satisfactionis
pro peccatis nostris. ñ in virtute
istius brachij: contra quod michi
possunt adūsarij nostri. In ps.
In brachio virtutis tue. Et Sapi
ētie. ii Virtuti brachij tui quis re
sistet. ¶ Tercio in isto brachio ē
nostra finitio vsa. eo. In brāchio
suo portabit agnos a in sinu suo
leuabit fetas ipse portabit: qsi di
ceret In die iudicij quādo diuidet
bonos a malis sicut pastor segre
gat oues ab hedis tūc agnos por
tabit id est innocētes acceptabit
a hoc brāchio: quia simpliciter in
nocētes nō habentes vsum liberi
arbitrij p solam minucōem illi⁹
brachij saluabūtur. Et in sinu suo
leuabit ducēs eos in celum a fetas
similiter portabit. a acceptabit. a p
sonas fecūdas meritis ñ solum in
nocētes imo etiā pmitētes qui ō
nes saluabūtur ñ virtute pria: sz
in isto sācto brachio. Vñ in ps.
Brachiū eoz nō saluabit eos. sz
dextera tua a brachium tuum a il
lūminatio vultus tui: qm̄ complacuisti
in eis ac̄. Lectio. xi.

ET accipiet armaturā zel⁹
illi⁹ a armabit creaturaz
ad vltionē inimicoz. Indu
ēt p thoracē iusticiā a accipiet
p galea iudiciū rectū. Sumet scu
tū inexpugnabile equitatem acu
et dirā irā in lanceam. ¶ Postēp
spūs scūs declarauit futurā bono
rū retributionē. Dicēdit ad decla
rādum futurā malozū punitōem
¶ Et circa hoc tria facit. Nā primo
describit xp̄i iudicis aduentis
inexpugnabilem apparitionem.
Secundo creature xp̄o consentien
tis intolerabilem cooperationez.
ibi Et expugnabit cum eo. Ter
cio sententie iudicis indispensa
bilem executionem. ibi. Contra
illos stabit spiritus virtutis. ¶
Circa primū duo facit primo tā
git quō armabit in generali. Se
cūdo exp̄mit in speciali. ibi. Indu
et ¶ Circa p̄mū auctor tria facit
Primo q̄ armabit seipsuz. Secūdo
q̄ suū exercitū. Tercio oñdit ad
quē effectum. Sed a ps ibi. Et ar
mabit. Tercia ibi. Ad vltionem
¶ Circa primū ē aduertēdum q̄
q̄ hoies se volentes vindicare de i
imicis cōiter solēt arri Jō xp̄s ve
mētez ad iudiciū describit h spūs
scūs tamq̄ aūtuz hoiem vt oñdat
i eo securitatē a sufficiētez ptātez
Qui a sic aūtus p̄t ledere inermē a
ñ ledi: ita xp̄s ē probos pūiet nec
in aliq̄ poterit impediri. Et ḡ q̄ accī
piet aūturam zelūs illius. a ipe ze
lans a ad modū zelantis a offen
si se habens accipiet arma. In

146

Aduenit xp̄s i nubib⁹ venit
ad iudiciū armat

primo enim aduentu venit mitis
& inermis Matth. 21. Ecce rex tuus
venit tibi mansuetus Et ideo inermis
quia viz in carne passibili & mor-
tali venire non potuit vulnerari ysaie
53. Vulneratus est propter iniquitates
nostras. Sed tunc veniet cum tali
bus armis: viz cum carne impassi-
bili & immortali: qua omino vul
nerari non poterit Luc. 21. Videbunt
filium hominis venientem in nubibus
cum potestate magna &c. Et tunc
non poterit: qa Prou. 6. Zelus & fu
ror viri non parcet in die vindicte ¶
Secundo dicit q non solum armabit
seipsum sed etiam exercitum suum Vnde
subdit q armabit creaturam ad do
viz tam angelis bonis q malis
ad tutem & voluntatem acceptandi il
lud iudicium & penam faciendam in
reprobos. Erit enim omnis creatura bo
na concors in sententia cuz xpo iudi
cante illa die sine misericordia: sine com
passione aliqua miseris exhiben
da. Et ideo tercio subiungit Ad quem
effectuz erit iudex cum exercitu suo
in armis viz ad vltionem inimicorum
Ille enim qui est modo pater mia
erit tunc tpis deus vltionum In ps.
deus vltionum dns deus vltionuz
libere egit & Deutro. 32. Mea est vl
tio & ego retribuam eis in tpe
Consequenter describit ista arma
tura in speciali: quantum ad duo.
Primo quantum ad arma defensiua.
Secundo quantum ad arma inua
siua. Arma defensiua specificant
hec tria: viz lorica: galea & scutum.
Quantum ad arma inuasiua non spe
cificatur hic nisi vnum genus armorum
viz lancea dicit q sic Induet pro
thorace iustitiam. Thorax sm Pa

pliam est equodam ad pectoris
q est pectus & ad munimentum mi
litare qd dicit lorica. Induet q xps
p lorica iustitiam ysa. 59. Indutus
est iustitia vt lorica. Scitis enim q
lorica ex circulis ferreis sibimuicem
connexis componit: ita iustitia ex dei
legibus & preceptis diuinis sibimui
cem fine contradictione concordan
tibus constituitur. Sequit. Et accipi
et p galea iudicium certum: qua si
ne quo cuiq error iudicabit Pro
ui. 16. diuinacio in labiis regis non
errabit in iudicio os eius. Sequit
Sumet scutum inexpugnabile equi
tatem In ps. Judicabit orbem terra
rum in iustitia & populum in equitate. Iste
iudicium appetunt sancti. In quorum
psona dicit ps. Apprehende arma
& scutum & exurge in adiutorium
mechi Sequit Acuet diram iram in
lanceam hoc est in vindictam pungendo
proferendo summam dampnationis pu
nitionem contra malos Job. 16 Circum
dedit me lanceis suis omnes renes meos
lumbos suos Et dicit ira dei tunc tem
poris dira ad differentiam ire qua
exercet modo: q est mitis ira & fu
gax In ps Iratus es & misertus
es nobis Et Abacuc. 3. Tunc cum
iratus fueris misericordie recordaberis
Quia in sententia littere tacta
tum est: q boni tam angeli q homi
nes sine compassione ad miseros xpm
assistent in iudicio Quod dubitacio po
test esse. Vnum beati post diem iudi
cii gaudebunt de penis dampnatorum
Et videbit q non: que quod vitiosum est
in viatore non debet poni in comprehen
sore. Sed hoc est maxime vituperra
bile in viatore: q letetur & gaudeat
de penis aliorum. & cetera. ¶ Preterea non

passio pcedz; ex caritate. Ergo vbi maior caritas ibi erit pfectior cõpassio. Sz in bonis ẽ suma caritas ꝑfectissima cõpassio. ꝑ nõ gaudebũt de eoꝝ pmis. ¶ Preterea beati erũt deo sume cõformes: ꝑ deꝰ nõ delectatur de nostris pmis: immo ꝓpatiatur nobis a miseriꝯ dicit. ꝑ similiꝫ se habebũt sancti ad dãpnatos. ¶ Preterea in beatis nullũ odiũ erit: ꝑ ad odiũ ptinz gaudere de malo alterius ꝑ nõ gaudebũt de pmis dãpnatorũ. ¶ Ad oppositum est ps. Letabit iustꝰ cum viderit vindictam. ¶ Ad istã dubitacõez rñt Mgr sentẽtiarz c. vltõ li. c. allegãs Gregor. q̃ in omelia q̃dam sup Lucam a ẽ ço. dicit sic. Apud beatoz animũ nõ fuscat bũtudiem aspecta pena reprobox: qa ibi ꝓpassio miserie nõ erit: minuere leticiã bonoz nõ valebit. Et licz iustis sua gaudia sufficiãt. ad maiorẽ tamen gloriã videbũt pnas malox qs p dei gram euaserũt. Et hoc ẽ qđ dicit ysa. vltõ. erũt vsqz ad satietatez visi omis omni carni electis. Notant tamẽ doctores q aliquid põt esse matia gaudij duplicit. Vno modo p se. Alio modo p accidẽs ratione adiũcti. In pmis ãt malox est duo ꝯsiderare: vz ipsũ nocumentum malis illatũ a ordinẽ diuine iustitie. sm quẽ iustum est eos sic puniri. Primo mõ nõ gaudebũt boni de pmis: si secũdo mõ tantuz. Vñ p se loqñdo diuina iustitia a eoꝝ liberatio seu euasio de pmis illis erit matia gaudij: ꝑ pene ille p accidẽs tantum. ¶ Ad primũ dicẽdum: q̃ laudabile ẽ in viatore q̃ delectet in pmis maloz p accidens in q̃ntum iuste puniũtur. Vitiosũ ãt est: q̃ delectet p se de pmis loquẽdo. ¶ Ad secũdum dicendũ: q̃ cõpassio ẽ nolitio q̃ q̃s desiderat malũ ab aliq̃ repelli. Rñ ãt malꝰ est in tali statu: q̃ sua pena ꝑt ab eo repelli a removeri tute a caritate pcedit ꝓpassio. Et iõ q̃ntumcũq̃ bõ sit malꝰ in pñti: quia tñ est in statu in quo ꝑt corrigi a fieri dignꝰ carentia illius pene. Jõ iuste potest a caritate beatoꝝ p cedere compassio ad eos. Sed quia dampnati sunt extra statum illum in quo possunt fieri boni. Jdo ex caritate beatorum nulla ad eos compassio oritur: quia talis compassio esse nõ posset sine pciudicio diuine iustitie. ¶ Ad tertium dicendum q̃ deus loquẽdo per se de pmis nostris nõ delectat. ꝑ accñs. Sicut delectat de operibꝰ suis iustis, similiꝫ ꝓpatitur a misericors est p statu isto in q̃ possunt corrigi. hõ aũt p statu alterio, in q̃ dãpnati nõ potuerunt emẽdari. ¶ Ad quartum patet p dicta: quia gaudere de malo alterius quia est malũ suum: est actus odij. Nõ ãt gaudere de malo alterius: quia iuste est sibi inflictum. ¶ Notandũ quia sicut xps iustꝰ iudex arma habebit moraliter: loricã: galea: scutoz lanceã: ita a nos in presenti. Vnde Apls Ad Eph. 6. Jnduite vos armaturam dei: vt possitis resistere aduersus insidias diaboli. Arma autem ista sunt quatuor virtutes cardinales z. Ad Corinthios de cõo Ar. Nã em milicie nre ñ sũt carnalia ꝑ spũalia a do ad destructionem

mmicoꝝ. Est enim iustitia qsi lo
rica. a temperātia quasi galea: scu
tum patientia: lancea prudentia.
Qporet em̄ in psenti operari a
pugnare simul a semel vt simus
edificatores a pugnatores. Sicut
fecerūt iudi Neemie qrto de quib⁹
media pars p̄parata erat ad bel
lum a lancee a scuta a arcus a lo
rice a cetera Una manu faciebāt
opus a altera manu tenebāt gla
dium. Refert sextus Iul⁹ de re mi
litari. li. ij. c. 8. de quodā cōsule ro
manoꝝ qui ista cautela cōtra p̄
um exercitum vsus est. Cum em̄
quēdam exercitum duxisset de q̄
nō multū confidebat elegit sibi v
nuꝝ aliū exercitū fortissimū a fide
lissimū a retinuit secum in castris
a tentoriis. primū exercitum mi
sit p̄cedere a fecit apud eos p̄da
mare q̄ vel eligerent pugnare cū
hostibus: vel cum ciuibus. Illi er
go cōsiderantes q̄ necessario opor
tuit illos inire pugnam: vel con
tra bonos ciues: vel contra malos ho
stes: p̄elegerūt cum hostib⁹ dimica
re a aggressi hostes victoria potiti
sunt. Moraliter deus habet demo
nes hostes suos contra quos misit v
nū magnū exercitū: totū viz gen⁹
humanū. Unde ad Ep̄h. 6. Non
est nobis colluctatio aduersus car
nem a sanguinē sup̄le tantū. Sz
aduersus p̄ncipes a potestates: ad
uersus mundi rectores: cōtra spūa
lia nequicie in celestibus Et quia
vult q̄ nos necessitemur ad pug
nādum elegit sibi vnū alium ex
ercitum fortē a fidelem: exercitum
viz beatoꝝ angeloꝝ a hūc exerci
tum secum ētinuit in castris a in
exercitu nostro. i ecclesia militā
te iussit p̄clamari q̄ eligam⁹ vnū
ex duob⁹: pugnare contra demones
hostes nostros vel contra angelos
ciues nostros. More ergo romāo
rum p̄eligam⁹ pugnare contra
demones hostes nostros ad Ep̄h
6. State ergo succincti lumbos ves
tros in veritate: induti lorica iusti
cie a calciati pedes in p̄paratiō
ne euangelij pacis. calciate pedes
est p exempla sanctoꝝ qui mo
tui sunt affectiones nostras minu
ere. Secūdo temperantia est quasi
galea. Sicut em̄ ad litteram gale
a p̄tegit caput in quo sūt omnes
sensus: ita temperantia in cibo a
potu facit hominem habere bonū
caput a sensum vtilem ysa. q̄
q̄gesimonono. Galea salutis i ca
pite eius. Tercio scutum est pati
entia siue fortitudo Trenoꝝ. j. da
bis eis scutum cordis laborem tuū
id est paciam qua sustineāt cor
de forti labores p te. Quarto lance
a est prudentia. homo em̄ p lance
am vulnerat hostem a p̄cul repel
lit a se. Ita homo per prudentiam
illa que sunt p̄cul p̄euidz a occur
rit eis: quia rerum exitus prudenti
a mentur Jheremie. vj. State in gale
is: polite lanceas: induite vos lo
ricis a cetera.

Utrum ignis purgatorius mu
tet reprobos. Et videtur q̄ nō q̄
Malach. j. super illud. Purgabit
filios leui: dicit Glo. duos ignes
legimus futuros: vnuꝝ quo pur
gabit electos a p̄cedet iudiciū
Alterum qui reprobos cruciabit.
sed hic est ignis infernī q̄ malos
mutuet. Primus autem ē ignis

finalis ofragationis. Ergo ignis finalis cōfragationis nō erit ille ignis qui malos inuoluet. ¶ Preterea ignis ille debz remunerari alijs elemētis remuneratis Et precipue cum ignis sit nobilissimū elemētorum. nō ergo videt q̄ in infernuz debeat dici ad dāpnatoz pēnam. ¶ Preterea: ignis qui malos inuoluet erit ignis infirm: sed ignis ab inicio mūdi p̄paratus est dampnatis Vñ Matthei. 25. Ite maledicti in ignē eternum qui p̄paratus est a. c. Similiter ysa. 30. Parata est ab heri topheth a rege p̄parata a. c. Glo. Ab heri. ab inicio topheth vallis ieh̄ene: sed ignis ille finalis cōfragatiōis nō erit ab inicio p̄paratus sed ex cōcursu mūdanorum ignium generabitur. Ergo ignis ille est alius ab igne īferni qui reprobos inuoluet In cōtrarium est quod in Psalmo de illo igne dicitur: q̄ inflāmabit i circuitu inimicos eius. ¶ Preterea dañ. 7. dicitur. Fluuius igneus rapidusq̄ egrediebatur a facie eius Glosa: vt peccatores traheret in gehēnā Loquitur autez auctoritas illa de illo igne de quo nūc est mētio vt patet per quādam glosam: que ibi dicit. Vt bonos purget a malos puniat. Ergo ignis finalis ofragationis in infernum cum reprobis demergetur. ¶ dicendum q̄ tota purgatio mūdi a innouatio ad purgationem a innouacōem hominis ordinabitur. Et ideo oportet: vt mūdi purgatio a innouatio purgationi a innouacōni humani generis respōdeat. Humani autem generis purgatio quedam erit q̄ mali segregabuntur a bonis. Vnde dicitur Luce tercio Cuius ventilabrum in manu sua a purgabit aream suam a congregabit triticum suum: id est electos in horreum suum. Paleas autem id est reprobos comburet igne inextinguibili Vnde a ita erit de purgatione mundi q̄ quicquid erit turpe a fedum in infernum cum reprobis retrudetur. Quicquid autem erit pulchrum a nobile in superioribus reseruabitur ad gloriam electorum. Et ita eciaz erit de illo igne cōfragatiōis. sicut dicit Basilius super illud Psalmiste. Vox domini intercidentis flammā ignis/quo ad caliduz vstiuū a quantum ad illud quod in igne grossum reperietur descendet ad inferos ad pēnam dampnatorum. Quod vero est ibi subtile a lucidum remanebit superius ad gloriam electorum ¶ Ad primū ergo dicendum: q̄ ignis ille qui purgabit electos ante iudicium erit idem cum igne finalis confragationis mundi: quamuis quidam contrarium dicant. Conuenit enim: vt cum homo sit pars mundi: q̄ eciam eodem igne purgetur homo quo purgatur mundus. dicūtur autem duo ignes: vnus qui purgabit bonos a alius qui cruciabit malos a quantum ad officium. a aliquo modo quātum ad substantiam: quia non tota substantia ignis purgantis in infernum retrudetur ad punitionem dampnatorū: vt dictuz est

191

¶ Ad secundum dicendum q̃ ñi hoc ignis dle remunerabitur: qa illō qō est grossum in eo sepabit ab ipso a retrudet in infernuz. ¶ Ad terciū dicēduz q̃ sicut gloria electoz post iudiciū erit maior q̃ ante a pena reproborum. Et ideo sicut caritas superior creature addetur ad augmētandū gloriā electoz: ita etiā quicqd est turpe i creaturis retrudet in ifernuz ad augmentandum miseriam dampnatoz. Et ita igni ab initio preparato in inferno nō est mouemēs si alter ignis addat

Vtz dampnati puniātur per corporales tenebras. Et videtur q̃ ño quia vt dicit Gregorius 9. Moralū exponēs illud Job 10. Sed sēpiternus horror inhabitat: q̃uis illic ignis ad ɔsolationē nō luceat tamen vt magis torqueat ad aliquid licet. ¶ Nā seqces quas secuz traxerūt de mundo reprobi: flamma illustranti viturī fūt. Ergo nō erunt ibi tenebre corporales ¶ q̃ dampnati vident penam suā. hoc enim est eis ad augmētum pene sed nichil videtur nisi in lumine videtur. Ergo q̃ nō fuit omnino i tenebris. ¶ Preterea dampnati habebūt potētiam visiuam post corporum resumptionem. sed frustra in eis esset visus nisi aliquid viderent. cum igitur nichil videatur nisi in lumine nō essent ibi tenebre corporales. Sed contra est quod dicitur Matth. 22. Ligatis manibus a pedibus proicite eum in tenebras exteriores. Sup quo dicit Gregorius. Si ille ignis lucem haberet: in tenebris exteriores nequaq̃ mitti diceretur ¶ q̃ Basilius dicit super illud psalmi. Vox domini intercidentis flamma ignis: q̃ vtute ignis dei separabitur ignis ab eius virtute ad ustiua: ita q̃ daitas cedet in gaudium sanctoz a vstiuum ignis i tormentū dampnatoz. Ergo dāpnati habebunt tenebras corporales. ¶ Re. dicendum q̃ dispositio inferni erit talis vt maxime miserie dampnatorum competat. Vnde sm hoc sunt ibi lux et tēbre p vt maxime spectant ad miseriam dampnatorum. Ipsa autez visio sm se delectabilis est Vt enim dicitur in principio Methaph. bē sus visus est maxime diligibilis eo q̃ per ipsum plura cognoscim? Sed per accidens contingit visionem esse afflictiuam in quātum videmus aliqua nobis nociua nostre voluntati repugnātia. Et ideo in inferno hoc modo delectē locus dispositus ad vidēdum sm lucem a tenebras q̃ nichil ibi p spicue videatur: sed solūmodo ɔfū quadam vmbrositate videantur illa que afflictionem igerere possūt. Vnde simpliciter loquēdo locus est tenebrosus. sed tamen ex diuina dispositione est ibi aliqd luminis quātum sufficit ad vidēdum illa que animā torquere possunt. Et ad hoc sufficit naturalis situs loci: quia i terre medio vbi infernus ponitur non potest esse ignis nisi fetulentus a turbidus a quasi fumosus. Quidam tamē tenebrarum harum causaz assignāt ex cōmassatione a compressione corpoz dampnatoz que p̃

multitudinez ita ꝛeplebunt locū
inferni ꝙ michil ibi de aere rema
nebit· a sic nō erit ibi aliquid de
byaphano qđ posset eē subiectū
lucis a tenebraꝝ nisi oculi damp
natoꝝ qui erūt obtenebrati· ¶
Ad primū & dicendum: ꝙ vtiqꝫ
ignis ad aliquid lucet: quia vide
būt dampnati illos ꝓpue q̄ ad
malū traxerūt eos Ista tamen vi
sio in nullo erit delectabilis: cū vi
derint illos quos odio habēt ex q̄
magis torq̄ntur: cū odiū tristicia
est: ac de re displicenti semp oriat
¶ Ad secundū dicēdum ꝙ duplr
citer aliquid videt· Vno modo p
medium dispositum ac visui ꝓporti
onatū· a talis visio semp delcābi
lis est· Alio modo aliquid videtur
p medium fumosū a turbidū· a tal
visio videntē plus ꝛcontristatur· Vi
debūt enim dāpnati suas pēnas
ac aliorū quos oduīt p medium te
nebrosū· Vñ patet ꝙ tanebre cor
porales nō repugnāt tali visioni
Idem enī corpꝰ potest eē sim quid
illuminatum a tamen absolute te
nebrosum ¶ Ad tertiū dicēdum
ꝙ sicut omnia bratis sūt ad glori
am: ita singula sunt dampnatis
in pēnā Visus & dampnatoꝝ erit
in actu: ꝙ sibi pēnali· Cum ex visi
one: tum quātum ad medium fuo
sum: tum ex pte rei vise animū cō
tristātis magis pumiat· Odium
quidem rei vise magnā in ipis pa
riet tristiciā· ¶ Ad rationes post
oppositum· Ad primā dicendum
ꝙ ille ignis nō pt denominari a lu
ce· Cum vnaquecꝫ res a suo poti
ori denominānda est· In igne aūt
inferni tenebre magis habundāt

ipso lumine· Dicūtur igit dāpnā
ti mitti in tenebras exteriores· In
teriores autē tenebras peccatoꝝ
p culpā meruerūt etiā in via: q̄ a
manēt post dampnationez: sicut
dampnationis causa ¶ Ad secū
dam: ꝙ caritas ignis: q̄ est delec
tabilis visui a tali igne separabi
tur Nō āt fumosa pspicuitas plꝰ
visū ꝛcontristās q̄ pficiēs à delectās.
Ista em̄ oia dicā sūt de visu corpo
rali· Visu āt intellectuali etiam sci
in pēnis pnas dāpnatoꝝ vident:
ac cū magna delectacōe Cuius racō
est: q̄a a bīs michil subtrahi dz
qđ ad pfectionē būtudinis eoꝝ
pineat· Et ideo vt būtudo sancto
rū sanctis magis ꝓplaceat: ac de
ea vberiores gratias agāt datur
eis vt visione intellectuali etiam p
fecte pnam dampnatoꝝ intue
antur·

Lectio· Ab

Et pugnabit cum illo or
bis terraꝝ ꝛcontra insensa
tos Jbūt direcde emissio
nes fulguris a tamq̄ habene cur
uato arcu nubū exterminabun
tur ꝛad certū locū insilient a pe
tr20sa ira plene grādines mitten
tur a cādesceret in illos aqua maris
a flumina concurrent duriter· ¶
Postq̄ spūs sanctus descripsit xpi
iudicis aduenientis ad iudiciū
inerpugnabilez ꝓparationē· hic
describit creature xpo obtemperantis i
tollerabilem cooperationē ¶ Vbi
notandum ꝙ sicut deus omnia ces
auit ꝓter electos: ita omnia mo
uebit suo modo ad se vindicādū
de reprobis· Vnde sicut elementa
seruiunt homini; vt ipse deo de
seruiet: ita elementa seruient dō

198

ve de reprobis qui ei seruire nolu
erunt vitionem accipiat. Et quia
omnis creatura corporalis infra ce
lestes orbes continetur ideo p̄mo
insinuat cōdusionem in generali
Secūdo eaz explicat magis in spe
ciali. ibi. Ibūt directe // Quātum
ad primuz dicit sic. Et pugnabit
cum illo quasi diceret non solum
xp̄s iudex sic apparebit armatus
lorica iusticie a galea iudicij certi.
a sic de alijs de quibus in hesterna lectione dictum est: imo pug
nabit cum illo orbis terrarum a
omnis motus orbis circa terram.
Luce. 21. Nam virtutes celoz mo
uebūtur vel ipsemet orbis terraz
id est spera terre. Et hoc cōtra insē
satos. Reprobi vocātur insensati
nō quia sensu sed quia disciplina
a voluntate deo seruiēdi caruerunt
Sapie. 12. Tamq̄ pueris insensa
tis iudicium eis meritum dedisti
de ista materia loquēs Crisostomus super illud Math. 24. Virtu
tes celorum mouebūtur dicat sic.
Exurgente rege celesti iudicare vi
uos a mortuos virtutes angelice
mouebūtur terribiles ministri ter
ribilem dominum precedētes. Et
infra Patrefamilias moriente do
mus turbatur: familia plangit. a
nigris vestibus induitur. Sic hu
mano genere xp̄ter quod frā fiet
omnia circa finem constituto celi
ministerio lugēt a candore depositi tenebris induūtur. Hec Crisos
tomus. Cū terribilis autem erit
pugna corporalium creaturarum
cōtra mundum imminēte iudicio
generali: describit in speciali per q̄
tuor exempla: Per choruscationē
fulguris. Per mūdationes nu
bium. Per turbacōes grandinū
a per eleuacōes mariū. // Quan
tum ad primū dicit sic. Ibūt dire
de immissiones fulgurū. Fulgur
est vapor ignitus expressus a nu
be. sicut dz. Methe. Vñ p emissi
ones fulgurz intelligit spūs scūs i
xp̄posito gñalem mūdi oflagracō
nē q̄ fiet per ignem. de qua habe
tur in psalmo. Ignis ante ipsum
precedet a inflāmabit in circuitu
inimicos eius. De qua oflagracōe
q̄lis erit cito in dubitacōne vide
bitur // Quātum ad secūduz quo
modo creatura pugnabit contra
reprobos dicit sic. Et tamq̄ a bñ
curuato arcu nubium exterminabūtur id est sicut bene curuatus
arcus nubium qui est iris in diluuio aq̄rum tēpore Noe quādo om
nes mali fuerūt submersi p imm
bacōem diluuiū: ita fiet imminēte
iudicio generali q̄ omnes repro
bi exterminabūtur a tamē iusti sal
uabūtur illesi a reprobi ad certū
locū insiliēt viz ad infernū // Ter
cio describit q̄ tribil eit illa pug
creatuē corporalis p exemplū de t
bacōe gñdinū. Et q̄tuz ad hoc dt
sic q̄ viz plene grādines mittent
a petrosa ira. plene gñdines a pō
derose icrepacōes q̄s faciet iudex
qñ dicet. Esurivi a nō ac̄. Math.
25. Mittēt a petrosa ira. a vin
dicta xp̄o debita ad Corin. 10. Pe
tra aūt erat xp̄s // Quarto exp̄mit
pugnā creature cōtra malos p elati
onē mariū Inp̄s. Mirabiles ela
cōes maris mira. i altis dñs Et q̄n
tū ad hoc dt. Et cādescet in illos a
q̄ maris a flumina ac̄. Et videtur

hic tangere primū; de illis ignis
14·q̄ dicit Ihero· se reperisse in ā
nalib9 hebreor̄ q̄ sunt ista ¶ Pri
mo die omnia maria exaltabun
tur quindecim cubitis vltra om
nes montes orbis terre: nō effluē
tia: sed sicut muri stabūt ¶ Secū
do prosternētur in profundū itan
tum: vt vix videri potēūt ¶ Ter
cio redigētur in antiquū statum
¶ Quarto omnes belue a anima
lia q̄ mouebūtur in aquis cōgre
gabūtur a eleuabūtur sup pela
gus mugientes more cō
tentionis ¶ Quinto omnia vola
tilia celi congregabūtur in campis·
omnes mugiē lamentantes nichy
l gustātes: nichil comedentes ¶
Sexto flumina ignea surgēt ab
occasu solis contra faciem firma
menti vsq; ad ortum currentia ¶
Septimo omnia sidera erratica a
fixa surgent p̄ferentia ex se igne
as comas sicut comete ¶ Octauo
erit terremotus: ita q̄ nullus ho
mo possit stare: sed omnia edifici
a prosternētur· ¶ Nono: omnes
lapides tam parui q̄ magni in q̄
nios partes se diuidēt: vna petra a
liam collidente ¶ Decimo omnes
plante sanguineum fluēt rorez
¶ Vndecimo omnes colles a edi
ficia in puluerem redigētur ¶ Du
odecimo omnia animalia vemēt
ad campos de siluis a montibus
rugientia a nichil gustātia ¶ Te
cimotercio: omnia sepulchra ab
ortu solis vsq; ad occasum pate
bunt cadaueribus ad surgendū
¶ Decimoquarto: omnes homi
nes exibunt de habitaculis suis nō
intelligentes; neq; ad inuicem lo
quētes: sed more feraruz discur
rentes· ¶ Die decimoquinto: om
nes morientur· a resurgent cum
mortuis longe ante defunctis· ¶
Hec tamen signa: quia de aperti
sis sunt excepta certitudinem nō
habent· In hoc tamen qđ dicitur
in littera: q̄ cadescet in malos:
aqua maris a flumina cōcurrente
duriter: videtur tangi primū sig
num de collisione aquarum a ea
rum in altum eleuatione ¶ Quia
superius tactum est: q̄ per emissi
ones fulguris intelligitur genera
tio ignis diuus maculosa p̄ quā
totus mundus conflagrabitur
ante diem iudicij: Fit ista dubita
tio· Vtruz mundus purgabitur
p̄ ignem· Et videtur q̄ non: quia
vel ille ignis foret naturaliter pro
ductꝰ vel supnaturaliter· Si supna
turaliter· g̃ nō habebit operationem
nālem· Si nāliter· g̃ possibile eēt
q̄ nāliter fieret diluuiū vniūsale
ignis· S; iste articulꝰ ē excōicatꝰ
a dño Stephāo Parisien· epō Itē
si sic nō generaret nisi ex certa cō
stellatione planetarū a calidarū
stellarū: ß si hoc tē possit sciri tps
illud p̄ calculacōes astronōicas.
ōns falsū ¶ Item si mūdꝰ purgabit
p̄ ignē q̄ro an ille ignis p̄cedet in
dictū an sequat· Si dicat q̄ p̄cedz
Iuꝫ illud ps Ignis aīi ipz p̄cedz
Con videt Aug· 2· de ci· dei c·16· v
dicit sic Iudicatis hijs qui scripti
nō sunt in libro vite· sequit q̄ tē
figura mundi mundanoꝝ ignis
cōflagratione peribit Item in eo
dem libro capitulo vltimo in fine
Circa illud iudicium has res di
cimꝰ esse futuras Delia tholbite

Fidez inteoz esse antixpm psecu-
turum: xpm iudicaturum: mortuo-
ꝝ resurrectionē: bonoz a malorū
diuisionem: mūdi cōflagracōnem
eius ꝛemq; renouationē. Existio
eo quo a me cōmemorata sunt or-
dine esse vētura. Ergo ꝑm tēatuz
Augustinū: mūdi purgatio p ig-
nem erit post iudicium. Si vero di-
catur q; sequet. Contra sicut dic
Aug⁹. 2. de ciuitate dei ca. 18. Et al-
legat magister .2. sētentiaz di. 42
Hoc erit mēdium mūdi sanctis
quod fuit caminꝰ tribus pueris
In quib⁹ vero aliquid purgandū
fuerit: p ignem illum purgabit.
Sed constat q; post iudicium nul-
lus purgabitur per illum ignem
quia cōstat q; omnes sancti sta-
tim in resurrectione habebūt cor-
pora gloriosa a per cōsequns im-
passibilia. Ergo ille ignis precedet
resurrectionem a iudicium ¶ Ad
oppositu; ē Petr⁹ cañ. sua c. 3. Ad
uenet inquit dies dñi vt fur in
quo celi magno impetu transiēt
elementa vero calore soluentur. t
ra autē a que in ipsa sunt exuren-
tur. Et infra. Per quem celi ardē-
tes soluētur a elementa ignis ar-
dore tabescent. Nouos vero celos a
nouam terram a promissa ipsius
expectam⁹. Iterū p̄mo ad Corin.
8. Glosa sup illud. Preterit figu-
ra huiꝰ mūdi dicit sic Pulchritu-
do huius mūdi mūdano; ignū
conflagratione peribit. Ergo mū-
dus purgabitur p ignem. Et pre-
terea 2. de ciuitate dei ca. 6. Illa cō-
flagracōne mūdana elementoꝝ
corruptibiliū qualitates que cor-
poribꝰ nostris corruptibilibus
congruebant ardēdo penitus inte-
ribūt atq; ipsa substātia eas q̄li-
tates habebit que corporibꝰ im-
mortalibꝰ mirabili mutatione cō-
uemāt vt scilicet mūdus innoua-
tus in melius accōmodetur homi-
nibꝰ etiā carne in melius inoua-
tis. ¶ Ad questionem dicēdum
q; sic. Sed tamē primo videbitur
per quid purgabit mūdꝰ. Secun-
do in quibꝰ partibꝰ purgabitur.
Tercio vñ causabitur ille ignis.
¶ Circa primū est aduertendum
q; cum mūdus factus sit ꝓpter ho-
minem Vnde 2. Physicoruꝫ dicit
q; omniū nos sumꝰ quodāmodo
finis: cōueniēs est q; quādo homo
glorificabit mūdꝰ etiam suo mo-
do innouet. Ad hoc aūt q; homo
glorificet oportet duo remoueri
ab homine scilicet corruptionem
in corpore a infectiōez culpe in aia
Conformit ad ista oz mundū i du
obꝰ purgari. Hñt ei elemta iꝗbꝰ
cōsamur sicut ignis: aer: aq; a tra
sibi admixtas q̄sdā ptes natiē er
tranet: q; aer ē admixt⁹ cū vapo
bꝰ frenis a aq̄is. sic ōz. 2. Methe.
Similit ptes free a aq̄e sūt adiui
cē admixte. sicut ogruū est a quem
ēs hñtacōi hoīm corruptibiliū: ita
q; nullū de istis tribꝰ elemtis ē in
sua nāli puritate. a ista ipuritas
corrūt corruptibilitati corpis i ho
mie. Et hñt ista elemta q̄dā ipuri
tatē coexistentē infectōi culpe. hoc
ē q̄ndā ꝓpēsitatē ad futuraꝫ ino
uacōez ꝓpē pcā in hijs locis admi
sa p magnū tps tā a mal' hoib⁹
q̄ ab āgelis mal'. sic dicit q; loca
ꝓphanata indigēt reconciliacōne.
purgabitur & mūdus ab vtraq;

impuritate p hoc q̄ omnes dispo
siones extranee elemētis omne
te cōrūpuntur a restituentur ele
mēta ad suā simplicē puritatem.
Vñ nec manebūt postea anima
lia: nec plante ꝫ sola elemēta. Se
cūdo patet ex istis in quib⁹ ptib⁹
mūdus purgabit: viz in quibus
fuit habitatio dēmonum a hoīm
Vñ fm Aug̃. 21. de ciuitate dei c. 18
Ignis ille incipiet purgare aerē
in superiori pte aeris vltra medi
um mœrsticiū a descendet succes
siue versus terram. Erit autem alti
tudo illi⁹ a terra: quātum ascende
runt aque diluuij quindeciz cubi
tis sup montes quos operuerunt
Sicut dicitur Genē. A. ¶ Quātum
ad tertium dicēdum: q̄ erit pro
ductus supnaturaliter: sicut fue
runt aque diluuij. sicut tertius sa
tis innuit. Pōdet tamen vehemēs
ficcitas a calore productionem illi
us ignis: a desinet causari arcus
nubium a quecunq; humōre im
pressiones sicut sunt: pluuie: nix
grando: ros a huiusmodi a gene
rabitur a sub descendens in tanta
multitudine. a apparebit aspicē
tibus: q̄ sint stelle de celo caden
tes. Et sic intelligitur illud Math
24. Stelle cadent de celo. Quam lo
cutionem tenendum est ee tropi
cam fm Aug̃. 21. de ciuitate di c. 28
¶ Ad primū a secundum dicēdum
q̄ ignis ille generabit supnatura
liter sicut dictū est. a ideo nō valz
sequntia. g̃ nō habebit operationē
naturalem ¶ Ad tertiuz dicēdum
q̄ ignis ille mānntum ad aliam o
perationem precedet a quātum ad
aliquid cōsumetabitur a quātuz
ad aliquid sequitur Actio enim illi
us ignis est successiua: quia ante
iudicium fiet incineratio corpo
rum hoīuū tūc viuētium p modū ſ
tum q̄ pfecti resoluētur sine pena
sensus ab illo igne illata a impfe
cti purgabunt. Quo facto statim
erit resurrectio mortuoz. Postea
precedente iudicio inflāmabitur to
tus mūdus p circuitu: Peracto
vero iudicio diuidetur in putum a
turbidum illius ignis. Apponet
etiam illud cum omnibus fedita
tibus relictis de purgatione mū
di a inuoluūt reprobos. sicut dicit
Basilius super illud Pō Vox do
mini incidētis flammā, deportabit ad infernum Vnde aliqua
pars illius ignis addetur igni in
fernali qui nunc est. a alia pars
q̄ est nobilis a pulchra addetur
igni superiori ad gloriam electoz.
Et sic est q̄ ille ignis purgās mū
dum q̄ntum ad suuz op⁹ inciale
precedet qđ est purgare a conco
mitabit. Sz q̄ntum ad eius consū
mationē sequtur. a sic itelligit Au
g⁹. als a seipso discordaret. sicut
patet p auctoritates supius alle
gatas Lectio. Az

Contra illos strabit spiritꝰ
virtutis a turbo venti diui
det eos. a ad extremū de
ducet omnē terrā iniquitas illoz
a maligmitas eūtet sedes potentū
¶ Postq̄ spūs sanctus descrip
sit xpi aduentus ad iudicium
inexpugnabilem pparationē. a
creaturaū intolerabilem otra re
probos oppionem. hic describit
sētencie finalis indispensabilē ex
ecutionē. Et circa hec duo facit. Nā

f. 10

primo assignat modū quo oīs ꝓbi pumient secundo assigāt cāz quare iniusti nobiles subuertent ibi. Et maligmitas. Circa primum dicit tria primo q̄ dampnabūtur. finaliter seperabuntur potenciali terra incarcerabuntur localiter se cunda pars ibi. Et turbo venti tcia ibi. Et ad heremum. Quantū ad pri mū dicit. Cōtra illos stabit spiritꝰ virtutis Spiritus in scriptura dicit aliquando vox. prima coz 15. Psal lam spiritu psallam et mente q̄ g̃ vox cristi inducentis est vox virtu tis ūreta illud psalmiste dabit vo ci sue vocem virtutis cui virtuti nul lus possit obsistere Ideo signanter dicitur contra illos stabit spiritus virtutis ysaie .11. Spiritu oris sui i terficiet impium et secunda thes ij secūdo Tunc reuelabit ille iniquꝰ quē dominꝰ ihesus interficiet spi ritu oris sui Ruātum ad secundum dicit. Et turbo venti diuidet eos turbo secundum .ps. 17 ethi. vbi agit de ventis a ē volubilitas vento ruz a dicit ētro a terra quia quotiens ille ventus consurgit terrā i circui tu mittit. Sicut ergo puluis siccus statim sine resistentia eleuat a ter ra et defertur secōm motum vēti Ita reprobi prolata sententia sine qua runcq̄ resistentia inuoluentur illo turbido igne de quo dictum fuit i p cedente lectione a demergentur in infernum. In psalmo hoc sic impñ non sic ꝫ tamē puluis quē proicit vētus a facie terre a Job 21 Erunt sicut palee ante faciem vēti a sicut fauilla quā turbo dispgit Fauilla ē cinis extinctus et siccus qui a vēto circulariter moto statī dispgit q̄ vē tus est turbo Naū. primo dñs in tē pestate et in turbine vie eius. Et Ihe. 23. Ecce turbo dñi cē indignaci onis egredietꝰ a tempestas erum pens sup caput impiorū euenet Tercio dicit q̄ reprobi incarcera bunt a quantū ad hoc dicit q̄ ad heremū deducet omnez trā iniqui tatis illoz. Et hec ē antiqua litteā quā exponit Rabanꝰ et sicut dici tur verꝰ text⁹ est Et est sensus q̄ ad infernū deducet dñs omnē traz iniquitatis illoz hoc ē omnē terrā a carnalez affectionē eorū ad pu miendū impetuū. Si autez sit iniq tas eoz deducet eos ēāsilaliter et demeritorie ad infernum Sed sen tētia nō mutatur. Infernus i litteā ista vocat heremꝰ q̄ sicut hēmus vocat locus vastus a inculꝰ vbi nullū alat rationale habitare po test quementer Ita infernꝰ locꝰ est nulli rationali creature aptꝰ nisi malū pecm̄ esset quia malū pene ordinatū a suo loco posituz emine cius ēmēdat bonū Sicut dicit Au gꝰ. enchi. c. 6. Et est heremꝰ secōm ḡmaticos feminini gnis Vñ dicitur hec heremus. In signum cuiꝰ q̄ p femininū genꝰ ad heremuz il lam homo primo ducebatur. In de hic a hec heremita persona que solitudinem habēmuz inhabitat. Vnde quicūq̄ ciuitates vel vrbes inhabitāt a cū hoc vocant hēmi te: habēt nomē otrariū rei. Sūt ei vrbaite a vocāt hēmite Vltiō assignat cām specialez q̄e iniusti nobiles subuertentur dicit q̄ ma ligmitas subuertet sedes potentū Non dicit ignorātia q̄ illa i casu excusat Nec ōt ipotētia q̄ illa filii

preasat. Sed certe malignitas eos
dampnabit: quia cum scirent a
possent noluerunt. Vnde bonum
fuit illud veritatis prouerbium.
sicut allegat Aristotiles. 4. Ethi
corum. Principatus vicium ostendit. Et bene metrice dicitur. Cum
poteris quodvis probat actio te
tua quid sis. Quando enim princeps malefacit sciens a potens be
nefacere sicut semper debet homo
de principe presumere: videlicet q
est sciens a potens: tunc manifestum est q malignitas est in causa. Et verum est q malignari possunt ad temp⁹: sed per malignitatem finaliter subuertentur. Propter
quod homo licet videat homines
malignos florere ad temp⁹: nō de
bet de hoc mirari: nec eos imitari.
Vnde in Psalmo Nolite emulari
in malignantibus: neq zelaueris
facientes iniquitatem Glosa. Tu i
firme qui forte miraris q mali flo
rent: noli emulari id est sequi ma
lignantes: neq zelaueris id est ne
q inuideris: neq ames facientes
iniquitatem. Et infra assignat causam. Noli inquit emulari vt ma
ligneris. Quoniam qui malignantur exterminabuntur. Glosa. Qui
gloriantur a si modo florent: tamen
in futuro exterminabuntur. extra
terminos diuine dilectionis ponentur.

Dubitatio litteralis. Vtrum pe
na dampnatorum deberet dici cor
poralis. Et videtur q non: quia si
ignis ille foret corporalis: corpa
dampnator calefierent a altera
rentur ab illo igne. Consequens est
falsum: quia cessante motu celi nō
la alteratio nec aliquis motus po
terit esse in vniuerso. Vnde Aristotiles. 8. Phisicorum probat q mo
tus celi circularis est perpetuus a
primo omnium motuum: quia illo
subtracto nullus motus esse po
test. Preterea si ignis ille foret
corporalis a ageret continue in cor
pora corrumperet illa corpora: quia
passio magna facta abicit aliquid
a substantia. 3. Thopicorum. a sic nō
foret pena dampnatorum perpetua in
igne quo ad corp⁹ saltem. Item sic
dicit q erit ignis: ita dicit q erit ibi
fletus Matth. 8. Ibi erit fletus a
stridor dentium: ꝫ fletus fieri nō p̄t
nisi p resolutionem lacrimarum ꝫ nō
est imaginandum q ibi esset perpe
tua resolutio aq ab oculis nō foret
generatio noui humoris p restaura
tionem alicuius alimenti. Ergo nō
erunt ibi lacrime nec fletus. Item
sicut ponit ibi ignis: ita dicit q erunt
ibi vermes: ꝫ hoc nō p̄t intelligi corpa
liter: cum nullum corp⁹ mixtum manebit
p⁹ iudicium in corp⁹ humanum. sicut
Aug⁹ dicit 2. de ci. dei c. 22. In penis
malorum inextinguibilis ignis a vi
uacissimus vermis. ab aliis alibi a aliter
est expositum. Aliis vterque ad corp⁹: a
liis vterque ad aiam retulerunt. Aliis p
prie igne ad corp⁹ tropice: ad ani
ma vermem qd creditibilius esse vide
tur. Preterea si sic tunc forent
ibi tenebre corporales consequens
est falsum: quia sicut patet 2. de a
nima. Nichil videtur nisi in luce: sed
dampnati videbunt mutuo penas suas
q alie visus meet eis otiosus a
superfluus. Igitur ibi erit lumen Item ibi
non erit vterum sulphur. Ergo nec ver
mis ignis patiatur: q de vtroq

apte dicit ꝓpheta. Ignis sulphur a spūs procellaꝝ ac. Confirmatur quia in purgatorio est sol⁹ ignis Igit̄ a in inferno. ¶ Ad oppositū est b tūs Aug⁹. xi. de ciui. dei c. i. a 10. Gehenna q̄ stagnū ignis a sulphuris dicūm est: corpore⁹ ignis erit a cruciabit corpora dampnatoꝝ. Item Grego. q. dyal. paruꝝ ante medium. Ignem gehenne corporeum esse nō ambigo. ¶ Ad istam questionem dicēdum q̄ sic. Ratio huius est quia pena qua corpus patitur est pena corpea Sed corpora dampnatoꝝ ibi patientur post diem iudicij: quia sicut beati gaudebunt in aia a gloriabūtur in corpore. Ita dāpnati tristabūtur in anima a pumētur in corpore. ¶ Ad primū argumētū: est opio b tho. q̄ ignis nō aget in corpora dampnatoꝝ materialiter siue immutatione materiali. sed tantū spūali eo modo quo sensus immutatur. hoc em̄ cōmune est omni sensui q̄ sensus ē susceptiu⁹ specierum sine materia Vnde sicut oculus patitur a colore a tamen oculus nō coloratꝝ nec alterātur p receptionem materialem coloris Ita tactus in dampnatis immutabitur spūaliter a calore a tamen nō recipiet calorem nec alterabitur p calorem. Vnde tenet q̄ calor imprimetur sensui tact⁹ ꝑm esse spūale: nō materiale. Potissimū quod videt̄ ad istud mouere est de cessatiōe motus celi. de quo argutū fuit cruciabunt̄ p formas receptas intentionaliter ab extrinseco: nō materialiē. ¶ Sed cōtra ultiō arguit̄ quia impossibile est tem̄ existentez pfecte priuati ꝓpria operatione. Sed ignis erit ibi aliter. q̄ poterit calefacere Similiē illa corpora non erūt impassibilia si sint sufficiēter approximata. ¶ ꝓp ad preces Josue sol a luna steterūt Josue. x. sed si alia corpa celestia nō stetissent: similiē totus ordo corpoꝝ celestiū fuisset mutatus. Et tamen tūc temporis Josue pugnauit a in mūdo vbiq̄ naturales actiones fuerūt. ¶ ꝓp corpora celestia nō solūz agūt in ista inferiora p motū sed per formas suas sicut p diuersos effectus naturales. q̄ dato q̄ quiescerent: adhuc alia dispoitiōez causarent in istis inferioribus: licet nō talem alteratiuā generationez rerum a corruptionē sicut modo ¶ ꝓp iste actiuus dampnatus est parisius. Si celum staret ignis in stupā nō ageret ¶ ꝓp esto q̄ nulla naturaliter actio eē posſz cessante motu celi. Non ideo cogimur dicere quin erit actio a passio supnaturaliter in corporibus dampnatoꝝ. Manifestum est enim q̄ quasi omnia que circa dampnatos pomim⁹ futura fiūt supnaturaliē a diuina virtute faciēda. hec enim ignis ille infra fretum in ꝑpetuum posset manere violenē ꝑm Aristotilez. Cum nullū violentum sit ꝑpetuum: nec ideō corpora mixta cuiusmodi erūt corpora hominum possent eē ꝑm naturam ꝑpetua cum̄ sint opposita ex cōtrarijs. a multa talia facile est ducere ad ꝓpositum. Ideo dicunt alij q̄ corpora dāpnatoꝝ nō solū spūaliē sed etiam materialiē: aliē immutabunt̄ a calefiēt. ¶ Et tūc

patet ad

patet ad primuz argumentum. ¶ Ad secundum quod est directe
cōtra illud: dicendum q illud ar
gumentū est cōtra vtramq viam
quia excellens sensibile corrūpit
sensū. sicut agens naturalit corrū
pit passum. Vñ ad argumētum
dicēdum q deꝰ volet ignē coagere
ad alterādum: nō ad corrumpen
dum. qꝰ augꝰ 21. de ci. dei videt de
clarare p exempla. quo quedam
animalia ecīa corruptibilia viuūt
in igne. Et c. g. de Salamādra. licz
fm Aristotilem libro de pprietati
bꝰ elemētoz. nullus animal in ig
ne posset viuere diu. Certum tamē
est pilos eius ab igne nō posse cō
sumi. Vñ: vtrūq oportet dicere q
ignis cruciabit a tamen corpꝰ in
petuum durabit. Sed qualiter
est ignotum ꝙa certum est q illū
oportet reducere ad miraculū sin
gulare. ¶ Ad terciū de fletu dicūt
doctores q in fletu duo cōsiderātur
resolutio lacrimaz a turbatio ca
pitis a oculoz fletus. Quātuz ad
primū nō erit ibi fletus ꝫ tantuz
quantū ad secūduz. sicut argumē
tum bene deduxit. ¶ Ad quartuz
de verme similit sentiūt q erit spi
ritualis viz remorsus cōscīētie q ori
etur ex putrefactione peccati: me
thaphorice loquendo a affliget. ¶
Ad quintū de tenebris dicēdum
q dispositio inferni erit talis q lis
esse poterit: maxime ad afflictōez
dāpnatoz. visio vero fm se est de
lectabilis. sic dicit primo Methaph.
Per accidēs vero est horribile fm
q aliqꝰ nociuū visu apprehēditur
Est ergo a erit dispositio inferni ta
lis q michil pspicue ibi videbitur
ꝫ sub quadā vmbrositate vt illa
videātur q anime possunt ingerē
afflictionem Vñ simpliciter loqn
do ē magis tenebrosus q̄ lucidus
q ibi nō poterit esse ignis nisi fetu
lentus a turbidus ¶ Ad sextum
dicēdum q nō solum p ignez pu
nientur dāpnati. sed sicut dicit Ba
silius sup illud Vox dñi frēcidēn
tis. vim vltima purgatione mūdi
fiet quedā sepatio in elemētis pu
ri ab impuro. Et quicquid est pu
rum a nobile remanet supius ad
gloriam electoz. quicqd est fetu
lentum a turbidū descendet ad in
fernū ad penā dāpnatoz vt sic ō
nis creatura dei erit electis mate
ria gaudij. Ita dāpnatis ex omnib⁹
creaturis fiat tormentum Et sic in
telligunt nōnulli principiū prece
dētis lectionis. Pugnabit cuz illo
orbis terrarū otra insēsatos Et il
la varia mixtura multaz fecium:
sulphur potest vocari. Quia vero
pena purgatorij nō est principa
liter ad affligēdum ꝫ ad purgan
dum. Ideo dicunt eā p solū ignez
fieri. hō sic autem in inferno cuiꝰ
pena est ad affligēdum. et nullo
modo ad purganduz. ¶ Capi
tulū sextū. ¶ L. Aq.
Melior est sapia q vires
a vir prudēs magis q̄
fortis ¶ Finis sapie ē
hominē reddere dignum ad alios
gubernādum a regēdum. Et ideo
primo ostēdit quo hō possit a debe
at p donū sapiētie alios gubnare
Secūdo quo homo possit sapiētiā
impetrare c. A In hoc ꝫ capitulo. 6
spūs scūs intēdit informare gub
natores. reges. iudices a plātos

a eos ad amorem sapientie inuitare ¶ Postq̃ a spiritu sancto ostensum ē a principio libri vsq; huc: quomodo p iusticiaz a bonos mores potest homo sapientiam acq̃rere. Dic cōsequēter declarat quomodo sapiētia acquisita possit hominem pficere. ¶ Est tamen notandum q̃ ista diuisio libri vel processus nō est ita precise facta: q̃n in vtraq; parte vtrumq; fiat. Nā in precedentibus aliq̃ndo dictum est: quomodo sapientia possit hominem pficere. Et in sequētibus docebit aliq̃ndo quomodo homo possit sapientiam acquirere Agit enim alternatim: nūc de sapiētia acquirenda: nūc de sapientia exercenda: viz p totum librum. Ruaz vero finis a pfectio sapientie ē facere hominem abilem ad seipsum a ad alios gubernādum virtuose Ideo de isto fine principaliter intendit. Vnde intentio huius capituli est informare reges: principes iudices a prelatos: quomodo tā se q̃ sibi subiectos debeāt gubnare. Hoc autem fit intersalaritez a alternatim duplici via viz sapientiam cōmendando a ad sapiētiam inclinādo Vnde nūc commēdat eius valorem: nūc inuitat ad ei⁹ amorem ꝯtinuę p totum capitulum. Cōmendās g̃ sapiētiam in lectione ista cōparat eā ad fortitudinem corpōalem que fuit pncipiū presumptionis humāe ad alios regendum a gubernādum. Fortes enim homines a robusti primo reperiūt p tirānides debiliores opprimere a eis ad q̃ppriam vtilitatem: nō ad subiectoz; commodum dominari. Sicut q̃ de Nemroth ꝑz Gene. 10. de q̃ dicitur q̃ cepit esse robustus venator hominum coram domino vopressor a extinctor amor e dominādi. In tantum autem inualuit tlā opinio: q̃ fortitudo corporalis videt dignificaē hominem ad principatum a etiā vsq; hodie a plurib⁹ fatuis approbat. Ruā opinionez elidendo quia falsum est dicit: q̃ ad regendum a gubernādum melior ē sapientia q̃ vires aē. Sapiētia mąt que surfum est: que induit spez fidem a caritatem cum omnibus vtutib⁹ cardinalibus: quia nō loquitur de sapientia stricte prout ē quedam virtus intellectualis: precise. sicut in principio libri dictum fuit Vñ Seneca epla septima dat differentiā inter alias artes a sapientiam: quia alie artes sūt sicut instrumēta vite. sicut nauigatio: edificatio vel plantatio. Sapia āt ē ars vite. Idez epla 86 fm cōes cogitacōes. Queris an estimē aliquē futurū eē sapientē q̃ hās nescit. Sapia res tradit nō verba de diuinis humanisq; cogitet: de p̃teritis: de futuris: de caducis: de eternis. De ista sapia loq̃ns Bernard⁹ in quibusdaz sentētijs a pomē auctoritas s. li. floz. c. 29. distinguit sapiaz triplicē. Sapiētiā cordis: sapiam oris a sapiam operis. Et quālibet pomit i tribus cōsistere. Sapientia iquit cordis i penitudine peccatoz; preteritoz; ē In cotemptu presētium cōmodoz; In desiderio futuroz; premioz; Inuenisti plane sapiam: si priōris vite peccata desleas. Si huius

seculi & fideabilia pulpenditas. Si e
ternam beatitudinem toto desideri
o compiscas Inuenisti sapientiaz
si tibi hoc singula sapiunt pro vt
sunt Hec quidem vt amara & om
nino fugienda. Ista vero velut ca
duca & transitoria contempnenda
Illa vero vt perfecta bona totis des
deriis appetenda intimi animi quo
dam sapore diiudices vt discernas,
Hec quantum ad sapietiaz cordis
de sapientia vero oris subdituc
sane in hijs trib9 verbis. Affluis
sapientia vel prudentia. Sit in ore
confessio pries imitatis. Sit gra
tiarum actio & vox laudis. Sit etiã
sermo edificationis. De opis sapi
entia dicit sic. Queram9 in opere
triplicem sapientie affluentiã Ita
puto ego quantum ad opus per
tinet. Illum copiose satis affluere
sapientia quicunq; continenter pa
cienter et obedienter conuersatur
vt videlicet fidelis obedientia: pri
am mortificet voluntatem. humil
continentia: carnalem pariter & se
cularem amputet voluptatem Di
latis patientia vtramq; similiter
carnalem & mundialem viriliter sus
tineat aduersitatem. Hec Bernã.
Et certe ista sapietia melior est q̃ vires Exo. 14. Quisquis vestr̃ est
sapiens veniat & faciat quod dñs
imperauit. Est enim sapietia mũ
dialis. bestialis et spiritualis. Pri
mam habent ambitiosi et cupidi
Secundam voluptuosi et lubrici.
Terciam vero virtuosi & solidi. De
prima sapientia. 1. Cor. 3. Si quis
videtur inter vos sapiens: stultus
fiat vt sit sapiẽs. Sapientia em̃
huius mũdi stultitia est apud de
um de ista loquens beatus Greg.
decimo Moralium exponens illud
Job. 12. Deridet iustũ simplicitas
dicit sic. Huius mundi sapientia
est cor machinationibus tegere.
sensus verbis velare. que falsa sũt
vera ostendere. & que falsa sũt ve
ra demonstrare. Hanc qui sciunt
ceteros superbiendo despiciũt Hãc
qui nesciũt subiecti & timidi in a
lijs ipsam mirantur Hec sibi obse
quentibus precipit honoris cul
mina quẽrere adepta temporalis
glorie vanitate gaudere. Irroga
ta ab alijs mala multiplicius red
dere cum vires suppetunt nullis re
sistentibus cedere cum virtutibus
possibilitas deest. quicquid p ma
liciam explere non valet. h pacifi
ca voluntate simulare. Hec Greg.
Secunda sapientia est bestialis de
qua dicitur ad Romanos octauo
Sapientia carnis inimica est deo:
Legi enim dei non ẽ subiecta Hãc
sequuntur voluptuosi qui totam
suam sollicitudinẽ circa carnis de
licias procurandas apponunt
Tercia sapietia est spiritualis ad
Colocenses primo. Impleamini
agnitione voluntatis dei in omni
sapientia et intellectu spirituali
Et Jacobi tercio Que desursum est
sapientia Primum quidez pudica
est deinde pacifica. Per primaz ex
cludit sapientiam bestialem Per
secundam mundialem que nũq̃
est pacifica. Sed semper in turba
tione et bello. Hec ergo sapienti
a spiritualis sapientia sanctorum
est de qua. Gregorius vbi supra
Justorum sapietia est: nil per ostẽ
tationem fingere. sed nil verbis apire

vera vt sint diligere: falsa deuita
re: bona gratis exhibere: mala li
bentius tolerare q̄ facere: nullam
iniurie vltionem querere: pro ve
ritate contumeliam lucrum pu̅ta
re. Hec iustorum simplicitas deride
tur. a a mundi sapientibus fatui
tas reputatur. Quid enim mundo
stulti⁹ q̄ amissa non querere: pos
sessa capientibus relaxare: nulla
pro acceptis iniurijs reddere: im
mo adiunctis alijs bonis patien
tiam p̄bere. Hec Gregorius. Hec
im q̄ sapientia melior est q̄ vires
a vir prudens magis q̄ fortis.
Prudentia a sapientia in ꝓpo sito
accipiu̅tur pro eodem. Prouerb.
14. Vir prudens diriget gressus
suos. Sed qualiter prudens hoc fa
ciat bene docet Señ de copia verbo
rum inquit prudens es: animus tu
us tribus temporib⁹ dispensetur
Presentia ordina: futura preuide.
a p̄terita recordare. Nam qui mi
hi de preteritis cogitat vitam perdi
dit. Qui nichil de futuro premedi
tatur in omnia incautus incidit.
Sed qualis ista prudentia esse de
bet docet in eodem libro Seneca:
q̄ nō debet ee̅ nimia. sicut aliqui
desiderant prudentes videri. a fiu̅t
astuti. Prudentia inquit immode
rata callidum facit inimicum at
tentum semper aliquid timentem
aliquid requirentem. astutia ple
rumq̄ repellem. simplicitatis in
micum. cōmentatorem culpatum
a vt postremo a cūctis vno nomi
ne malus homo vocetur. Pruden
tia perfecta nec obtusum habz in
se aliquid nec versutum. Hec Se
neca Vbi plane patet q̄ quz pru

dentia debet adiungi simplicitas
iuxta doctrinam saluatoris Mat.
10. Estote prudentes sicut serpen
tes a simplices sicut columbe.
Vbi notandum q̄ triplex e̅ pru
dentia serpentis in bono quā nos
debemus imitari. Prima est ꝑm Je
ronimū. q̄ totum corpus p̄ salute
capitis exponit quo caput muni
ri. Isto modo nos p̄ capite nos
tro xp̄o nos a nostra exponere de
bem⁹ a p̄pter honorez dei iniurias
sustinere: tam in corporibus q̄ in
rebus. Secunda prudentia serpē
tis est q̄ obturat aures suas ne
audiat incantantes Querūt enim
incantatores venena que in capiti
bus serpentum sunt ad medicami
ta inde cōficienda Serpens hoc p̄
sciens caput suum inter spicas cor
poris inuolutum abscondit a vnaz
autem applicat ad petram a alia̅
cum cauda obturat. Sic nos moa
liter facere cōuenit. Incantatores
sunt mali homines a corrupti alli
cientes nos sub specie amicicie ad
vicia mūdi vel carnis malis sug
gestionibus a exemplis pueris.
Nos ergo quādo tales incantant su
periorez p̄tem racōnis tamq̄ vnā
aurem xp̄o pete iugam⁹ p̄ma
ad Cor̄. q̄rto. Et inferiorem obtu
rem⁹ cauda cogitacōne finis nos
tri quasi cauda corporis vitem̄e
ne illi qui blande a leniter volup
tates nobis suggerūt ad ocium
pertrahāt. Tercia prudētia serpē
tis est q̄ pellem veterem deponit
Quādo enim senescit a squamis
a putredine corp⁹ suum grauari
sentit: transit per angustum fora
men alicuius petre. vbi pellem

vterē omnino relinquet Et sic te
nouatur et sanat Petra autem erat
us christus est Foramina multa
sunt illius plurima vulnera Cum
ergo veterem nostram conuersa
tionem corruptam et abhomina
bilem deponere volumus deuota
contemplatione et recordatione
passionis christi per ista foramina
transeam? Exō .33. Pona te in fo
ramine petre a protegam te dextе
ra mea Et Cant .2. Veni columba
mea in foramībus petre Et bene
dicit Estote prudentes sicut serpen
tes Non dicit Estote pūgentes vt
venenum emittentes Sed estote
prudentes tantū Non enim est cre
atura ita mala ăt pessima quin in
aliquo instruat hominez ad bene
viuendum Ephe .5. Deponite vos
scōm pristinam conuersationem
veterem hominem qui corrumpit
scōm desideria erroris Duo tamen
requirunt ad hoc q serpens i fora
mine pellem deponat Foraminis
angustia siue subtilitas Si enī la
tum esset sine difficultate transiz
et pellem veterem secum portaret
Secundo requiritur stabilitas Ni
si em esset stabile foramen poci
secum ferret q pellem ibi relinque
ret Isto modo si velimus pellez ve
teris cōuersatiōis deponere oportz
artam et angustam viam penitē
cie pertransire Et hoc nō quomodo
cumq sed in stabili proposito vi
tam nostram in melius conmutā
di Nichil enim magis est contra
rium prudentie q instabilis muta
bilitas Vnde Seneca Si prudenti
am amplecteris vbicq; idem eris a
pro vt rerum ac varietas temporis
exigit Ita a te actōnem edes tem
pori ne te in aliquo mutes sed po
tius aptes ac Lectio septua
gesima quinta

AVdite q reges a itelligite
discite iudices finium ter
re Cū finis a perfectio sa
pientie sit hominem dirigere ad se
ipsum et alios virtuose regendū
et hoc maxime ad reges iudices a
prelatos pertineat et iam declara
tum sit q sine sapientia non pos
sunt esse iusti nec sine iustitia sa
pientes Concludit b spiritus sāc
tus ex omnibus precedentibus is
tam persuasionem Audite ergo re
ges etcetera quasi diceret Vos es
tis qui sapientiam et iustitiā sub
iectis vestris administrare tenemi
ni Sapientia vero sine disciplina
haberi non potest Ergo Audite re
ges et principes et intelligite In
Psalmo Et nunc reges intelligite
erudimini qui iudicatis terram
Persuadet q spiritus sēs i hoc tex
tu quatuor scilicet humilitatez ad
discendi Audite reges Subtilita
tem aduertēdi Intelligite Auidi
tatem inquirendi discite Seueri
tatem exequēdi Judices finium
terre Dicit ergo sic litteraliter or
dinando sententiam O reges id
est quicumq prelati audite aure
corporis quia Ecclesiastici .32. Si
dilexeris audire sapiens eris Et
hoc est tibi rectori satis vtile cum
sis rex quia Ecclesiastici decimo
Rex insipiens perdet populum su
um propter quod signanter Sa
lomō cum rex constitueretur a do
mīō petijt Paralip .1. Da mī dñe sa
pientiā a itelligētiā vt egrediā cora

populo tuo ingrediar Sed quia nō sufficit aute percipere nisi con/
cipiatur a mente. Ideo subdit in/
telligite: quia Prouerbioꝝ pmo
Audiens sapiens sapientior erit
& intelligens gubernacula possi/
debit. Et iterū vos iudices finium
terre id est vos iudices generales
quia quāto maior est vestra iuris/
dictio tanto maior requiritur in
vobis iustitie dilectio ysa. primo
discite benefacere: quia hoc suffi/
cit. Primo ergo in hac littera re/
gibus psuadetur humilitas ad di/
scendi Vnde dicitur Audite ergo
reges. Cum enim nulla virtus no/
bis innascatur neqꝫ moralis secū
do ethicoꝝ neqꝫ intellectualis ter/
cio de anima: eo qꝫ anima ē sicut
tabula nuda aīe. Reges vero fum
me virtutibus indigeant. Et iteꝝ
Auditus sit sensus multum disci/
plinabilis Iuxta illud. Altius im/
mutant animū demissa p aures.
Ergo audite reges Iudicium. 4.
Audite reges: auribus percipite
principes. Omnem enim regeꝫ de/
cet fūme deum colere & legem dei
scire. Vnde Deutronomij decimo
septimo. Lex mosayca precipit
sic. Postqꝫ sederit rex in solio reg/
ni sui describet sibi deutronomiū
legis huius in volumine accipiēs
exemplar a sacerdotibus leuitice
tribus. & habeat secum. legetqꝫ
illud omnibus diebus vite sue:
vt discat timere dominū deum su/
um & custodire verba & cerimo/
nias q̄ in lege eius precepta sūt. Et
ideo in coronatione regis priusqꝫ
benedictio vel consecratio sup eū
fiat Ista tria faciet iuramēta sub

forma. In xpi nomine promitto
hec tria populo cristiano michi
subdito. In primis me preceptu/
rum & opem proviribus impensu/
rum: vt ecclesia dei & omnis popu
lus cristianus veram pacem nos/
tro arbitrio in omni tempore ser/
uet. Aliud Vt rapacitates & oō/
nes iniquitates omnibus gradi
bus interdicam. ¶ Tercium: vt
in omnibus iudicijs equitatem
& miaz p̄cipiā: vt m & vobis idul/
geat miaz suā demīs & misericor/
des. Ecce qꝫ secura ofcia p̄t talis vi
uere: q̄ hz sub se q̄si infinitū pp'm
regē: cū hec ea seruare in rebelli gē/
te & falsa sit fūme difficile Nō em
ad ludū: nec ad honorē tm̄ nec ad
otiū: ꝫ ad periculū: solliciti dimēa
fūmuz negociū est vocat⁹ Postqꝫ
ūt p̄dicta rex iurauerit dēis sup
eū q̄busdā oōib⁹ Metropolitan⁹
inūget ei man⁹ de oleo sc̄ificato &
postea pectus & scapulas compa/
geseqꝫ brachioꝝ Et tandē de oleo
eodeꝫ fiet crux sup caput eius pos/
tea de crismate auz oracōib⁹: pos
tea ab epis accipiet ensem. & auz
ēse totū regnū sibi fidelit ad regē
dū sciat eē omendatū dicēte Me/
tropolitano: si tū solennitatē faci
at Accipe gladiū p man⁹ epōꝝ: li
cet indign⁹: vice tūa & auctoritate
apl'oꝝ & sc̄tus tregalit impositū
nē benedcōnis officio In defensi
onē sc̄e dei ecclesie ordinatum. Et
esto memor de quo p̄s. pphetauit
dicēs Accingē gladio tuo sup fe
mur tuū potentissime: vt p eūdē vi
eq̄tatis exerceas: molez imq̄tatis
potenē destruas & sanctā dei eccle
siam: eiusqꝫ fideles propugnando

de romano rege

ptegas nec min⁹ sub fide· falsos
q̄ etiam nois hostes execreris a
destruas/vidu as a pupillos demi-
ter adiuues et defēdas· desolata
restaures a restaurata conserues·
Vlciscaris iusta· Cōfirmes bene
dispositā quatenus hec agendo v̄
tutum triumphato: glorios⁹· Jus
ticieq; cultor egregius cum mun
di saluatore cuius tipum geris in
nomine sine fine merearis regnare
Cum accinctus fueit ense accipiet
armillas sinceritatis et sapiencie
diuineq; triumphationis indicū
quibus intelligas omnes operati-
ones tuas cōtra hostes visibiles
posse esse munitas· Deide accipiet
pallium· et postea coronabit· P⁹
illa accipiet anulum· Deinde scep
trum a vltimo virgam· Coronat⁹
ergo: episcopos osculetur a quibz
cleroo canente Te deum laudam⁹
ad solium regale ducit Metropoli-
tano dicente· Sta et retine ammo
do locum quem hucvsq; paterna
successione tenuisti hēditario indi
cio tibi delegatum p̄ auctoritatē
dei omnipotentis et presentem tra
dicionem nostram atq; omnium
episcoporum ceterorumq; dei seruo
rum· Et quanto clerum sacris alta
tibus propinquiorem prospicis
tanto ei pociorem in locis congru
is honorem impendere memineris
quatenus mediator dei a hominū
te mediatorem deri et plebis in
hoc regni solio confitemet et in rē
num eternum faciat regnare ihes⁹
cristus dominus noster rex regū
a dominus dominantium· Letam
ea alie multe oāciones dicūtur q̄
omnes eum declarant debere esse
cultorem iusticie a fidei celatorem
que fine doctrina sapientum exeq̄
ri potest Et ideo eis signanter dicit
sub figura Montes israhel audite
verbum domini Non solum autē
isti in sacra scriptura reges dicun
tur: sed etiam clerici qui se a alios
bene reguut Sicut habetur duode
cimo questione prima duo sunt
geneā Et ad hos dici potest· Audi
te reges Et p̄ma Petri secūdo Vos
estis genus electum regale sacer-
dotium gens sancta a populus ac
quisitionis Sed caueant ne de eis
verificetur quod dicit Gilbertus
de Tornato in quodam sermone·
Vos estis inquit genus dei electum:
seruile sacerdociū: gens prophana
: populus p̄dicionis & ꝛ̄s ab-
sit Secūdo persuadet scilicet regi
bus a prelatis non solum humili
tatem addiscendi sed etiam subtili
tatem aduertendi Vnde dicit in
p̄s· Intelligite insipientes in popu
lo a stulti aliquando sapite· Intel
ligere est quasi mtus legere hoc ē
ponderare a recordari ac memorie
tenere· quia legere a non intelli
gere est negligere· Sed grauiter
conqueitur Psalmista dominus
de celo prospexit sup filios hominū
vt videat si est intelligens aut re
quirens deum· Et sequitur Omnes
declinauerunt simul inutiles facti
sunt etcetera Tercio suadet spi-
ritus sanctus rectoribus: guberna
toribus ac iudicibus aliorum aui
ditatez inquirendi cum dicit disci
te Prouerbiorum sexto Vade ad
formicam o piger et considera vi
as eius et disce sapientiam· Et idez
petiuit Psalmista da m intellectū

vt discam mandata tua. Et iterū Matthei vndecīo discite a me: qa mitis sum a humilis corde a inue nietis requiem aiabꝫ vrīs. Quan tam auiditatez inquirendi habu erunt principes antiquitus circa sapientiaz patet specialiter de Alexandro magno: qui p patrem suum Philippum regem Macedo nie disciplinis Aristotilis traditꝫ Cui Aristotili Philippus mox Alexandro nato hanc epistolam destinauit. sicut narrat Aulus gellius libro noctium aticarum Et habetur in forma vt sequitur Philippus Aristotili salutem di cit Filiū michi genitū scito. Quo equidem diis habeo referre grati am: nō tam proinde quia natus ē qp pro eo qp eum nasci contigit tē poribus vite tue. Spero enim for te vt educatus: eruditusqz a te di gnus existat a nobis a istaruz re rum successione. Vult ergo dice re: qp per doctrinam Aristotilis a educationem sperauit filium suū fieri dignum filiacōne regis. a re gia successiōe in regno. ¶ De stu dio vero Alexādri magni scribit Alexander negp libro suo de natu ris rerum sic. Alexandrum Aris totilis discipulum fuisse Macedo nem certuz est. Cuius causa logi cam elaborauit: tam sedulus aūt naturarum indagator: extitit Ma cedo: vt in vase vitreo i mare mis sus naturas a consuetudines pi scium deprehendit Gallum enim secum habuit: vt super diluculo certificaretur per gallicantum. Et in vase dicto didicit quomodo in fidie dam destine preparande sūt super hostes in re militari dum ex ercitus piscium cōtra alios insur gere conspexit. Ordinauit eciam sicut narrat Plinius aliquot mi lia hominum: qui in tota Asia a Grecia vacarent armentis alueā ribus: piscibus: vinarijs: ne quid vel quagp gentium ignoraretur. Quicquid vero illi exprie bantur Aristotili sumo viro sine mora in notuit. Quos Aristoteles pauca do quinquaginta fere volumina illa predara de animalibus con didit. Hec Plinius. licet apud nos non nisi decez a nouem habe antur. Patet ergo istius auditas ad discendi. Nos autem non mo uemur eadē tanta curiositate scru tari: sed a similī ea que ad dei cul tum a bonos mores pertinent solū modo studio cō simili perscrutari Augustinꝫ decimonono de ciui dei capitulo sexto. Ignorantia in dictis vel principis plerumqz est calamitas innocentis a Baruth tercio. Disce o princeps vbi sit sa pientia: vbi prudentia: vbi sit in tellectus a virtus: vt scias simul vbi sit longitudo vite a vir tꝫ vbi sit lumen oculorum a pax ¶ Vltimo pſuadet gubernatori bus aliorum seueritatem exequē di illud quod iustum est cum di cit. Judices finium terre. Morali ter mali dicuntur fines terre. a in illos debent iudices seueritatem exercere. Vnde de iudice dicitur ad Romanos decimotercio. dei enim minister es in vindictam: vinder in iram ei qui malu agit Deutronomij decimosexto. Judi ces a magistros constitues in oib⁹

portis tuis ut indicet populi tuum iusto iudicio nec in alteram partē declinent. Non accipias personam nec munera quia munera excecāt oculos sapientum et mutant verba iustorum. Qua in re notandum est ne ad proferendam sententiam nūq̄ precipites esse debeamus ne temere indiscussa iudicemus ne q̄ libet mala audita nos moueāt ne passim dictā sine p̄bacōe credam⁹

Prebete Leō. 16. aures vos qui continetis multitudinē a placetis vobis in turbis nacōnum quoniam data est a domino potestas vob et virtus ab altissimo: qui interrogabit opera vestra et cogitatiōes scrutabitur Postq̄ spiritus sanctus inuitauit ad amorem sapientie reges iudices et prelatos generaliter. Hic dirigit inuitationē specialem ad reges atq̄ iudices malos specialiter Vnde postq̄ inuitauit per amicabilez informationē: hic inuitat per rationabilem comminationem Et circa hoc duo facit. Nam primo proponit eis penam. Secundo reprobat eorum culpam Secunda pars ibi Quoniam cum essetis ministri regni Et circa primum tria tangit contra iudices et ministros rectores. Primo status eorum celsitudinem. Secundo actus eorum ingratitudinem. Tercio pene eorum certitudinem Secunda pars ibi. Quoniam data est vobis potestas a deo. Tercia pars ibi Qui interrogabit. dicit ergo primo sic Prebete aures scilicet ad discendum sapientiam a mores bonos Prouerbi. 4. Fili mi attende sapientiam meam: prudēcie mee inclina aurem tuam: vos qui continetis multitudinem. Nō dicit vos qui regitis multitudinē nec docetis: sed cōtinetis. q. d. Vos qui dominium queritis: nō fructū in subditis vestris. Cōtra quales loquitur Apostolus Petri. 4. Nō vt dominantes in cleo: sed forma facti gregis ex animo. Prebete inq̄ aures: non vnam tantummō sed duas: scilicet cordis a corpois Luc. 8. Qui habet aures audiendi audiat. Prebete ergo aures: nō accōmodate: non vendite. Aures enim sapientie accōmodant qui tātum ad horam doctrine vacāt. Cōtra quales prima Thimothei q̄rto Attende tibi a doctrine. Et paulāte Hec meditare In hijs esto Vñ Seneca epistola octuagesimaterciа Non cū vacaueris philosophādum est: omnia alia negligenda sunt vt huic assideamus. Cum nullum tempus satis magnum ē. Et si a puericia vsq̄ ad humani eui terminos vita producatur: non multum refert: vtq̄ dimittas philosophiam an intermittas Et ideo prebete aures vestras: nō accōmodate vl vēdite. Aures suas vēdūt q̄ discūt p̄pter vanā glaz. Vendūt eā iudices aures receptores mūeq̄ q̄ michil audiūt de cauſ pauper donec munus aduenerit Mich. 3. Principes eius muneribus iudicabant. Prebete g̃ aures vos qui cōtinetis multitudinē a placetis vobis: nō deo. Quia sedm Aug⁹. super Ps̄. Ad te leuaui. Qui sibi placz deo displicet in turbis nationū id est multitudie subditoq̄ a auditoq̄ a ñ in

tomitate eoꝝ quod est contra do
ctrinam Sapientis Ecclesiastici.
16 Non iocunderis in filijs impijs
si multiplicentur Non sic sibi pla
cuit Johannes Canonica sua ter
tia Maiorem horum nemo habet
gratiam: qꝫ vt audiam filios in ve
ritate ambulantes Sic & exprimit
status eoꝝ celsitudinem. Consse
quenter subiungit eoꝝ ingratitu
dinem a dicit sic. Quoniam data
est a deo potestas vobis aĉ. Illa
est magna ingratitudo quando ho
mo de beneficijs a deo receptis de
um impugnat. Vnde tales cum
ideo receperint potestatez: vt sub
ditos gubernent ad honorem dei
ipsos expoliant. a in ipsis deum i
honorant. Data est inquit vobis
potestas nō vendita q̄si diceret.
Gratis accepistis gr̄tis date Ma
thei. 10. Et hoc a domino: quia Jo
hānis decimonono. Non haberes
in me potestatem nisi datum tibi
esset desuper. Et virtutem scilicet
coherendi malos a puniendi re
os qui interrogabit opera vestra
Ecce subiungit pene eorum certitu
dinem in iudicio generali: q̄ndo
deus non interrogabit hominem
tantuz: sed opera que testificabū
tur contra hominem Johānis. 4.
Opera que ego facio testimoniū
phibent de me. Et nō solum ope
ra: imo cogitationes scrutabitur
Sapientie primo. In cogitatiom
bus impij interrogatio erit. Pre
bete inquit aures. Tria xp̄s exigit
vt ei prestamus cor: manus a au
res. Cor ad diligendum Prouer
biorū. 23. Prebe fili mi cor tuū mi
chi Manꝰ ad testimonium perhi
bēduz Ecclesiastici. 4z. dr̄ de Saul
le. Testimonium perhibuit i cō
spectu dei a xp̄i. Aures ad audien
dum vt hic a Johānis sexto. Pre
bete aures a videte Sed est modo
de modernis nobilibꝰ: sicut de Al
bane narrat Aristotiles secūdo
de animalibꝰ ca. secūdo. Est enim
animal magnitudine ceruj: tñ cō
tra consuetudinem omnium ani
malium habens fel in aŕ simle
felli hominis a amarū valde. Vn
de ē animal magne ire a magne
ferocitatis. Sic multi potentes a
magni cum tanguntur verbo dei:
vel cum generaliter contra pecca
ta predicatur. In quibꝰ cum se re
os sentiunt statim amaricātur a tur
bātur. Habēt enim fel in aure cor
dis: quoruz vnicuiq; dici potest il
lud Actuum octauo. Nō est tibi
pars neq; sors in sermone isto. In
felle enim amaritudinis a obliga
cōne iniquitatis video te esse.
Notandum qꝫ licet prelatꝰ sit ma
lus a subditus bonus a sanctus
q̄ diu tamen prelatus toleratur
ab ecclesia: maiorem debet habe
re honorem a reuerentiam q̄ sub
ditus propter tres rationes. Pri
mo: quia prelatus gerit vicez dei
Vñ deus in ipso specialiter hono
ratur. Et hoc semper debet anima
re subditum ad honorem sui pla
ti. Secundo: quia est persona pū
blica. Vnde in ipso honoratur res
publica a bonitas ecclesie: q̄ ma
ior est q̄ bonitas singularis perso
ne. Et ideo consueuerūt prelati
personaliter dicere illud quod in
fine horarū dicit, p defūctis: quia
verbū a oratio prelati ē q̄si oratō

multitudinis. Et ideo videtur melius ceteris paribus q̄ oratio singulatis psone. Tercio: quia prelatio se habet ad virtutem: sicut causa efficiens in alijs virtuosis. Vñ ipsa prelatio honorabilis est: etiaz in persona indigna. dicit enim Philosophus. 9. Ethicoz. dignius est alijs causam virtutis existere: q̄ in se tantum virtuosum esse

Lectio septuagesimaseptima.

QVoniam cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis: neq; custodistis legem iusticie: neq; secundum voluntatem dei ambulastis. ¶ Intentio Salomonis in hac parte est reprehendere et arguere peruersos iudices et iniquos prelatos. ¶ Postq̄ spiritus sanctus declarauit malorum iudicium futuram penam. hic accusat et reprehendit future pene causam. Et circa hoc sic procedit. Primo ostendit: q̄ mali iudices: id est ministri et prelati sunt veraciter iusticie debitores. Secundo ostendit in quibus sunt iusticie transgressores. Secunda pars ibi. Non iudicastis. Primum declarat sic. Omnis minister obligatur ad ministerium pro quo facit pactum cum domino suo. Sed omnis iudex: prelatus et superior facit pactum cum deo: vt sit minister regni hoc est gubernationis ecclesie sub deo. Ergo omnis talis obligatur ad hoc q̄ ministerium prima ad Chorinthios decimoctauo. diuisiones ministrationum sunt hoc est. diuerse persone in ecclesia ad diuersa ministeria obligantur. Idem autez dominus et istam obligationem sibi imponit: cum dicit. Quoniam cui essetis ministri regni illius. Ex quo manifeste conduditur: q̄ fuerunt iusticie debitores. Omnis enim rex et quicumq; est sub eo est iusticie debitor: et omnes sunt ministri regni dei id est ecclesie prima ad Chorinthios capitulo quarto. Sic nos existimet homo vt xpi ministros. et dispensatores ministeriorum dei. Et sic per consequens omnes ministri regni dei sunt. et debitores iusticie quod est propositum. Secundo ostendit: q̄ sunt transgressores iusticie. et hoc propter tria. Primo quia male iudicauerunt reos. Secundo: quia iniuste spoliauerunt iustos. Tercio: quia male regulauerunt seipsos. ¶ Quantum ad primum dicit. Non recte iudicastis. Quantum ad secundum dicit. Neq; custodistis legem iusticie. Quantum ad terciuz dicit. Neq; secundum voluntatem dei ambulastis. dicit ergo eis primo sic. Non recte iudicastis. Hoc autem fit quadrupliciter. sicut docet beatus Gregorius in Omelia. et habetur in canone vndecimo questione tercia. Quatuor. Quatuor modis humanum iudicium peruertitur: scilicet timiditate: cupiditate: offensione et affectione. Hec est sententia. Sed ista sunt verba. Quatuor inquit Gregorius modis iudicium humanum peruertitur. Timore duz metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus. Cupiditate dum premio ius alicuius eorum petimus. Odio: dum contra quemlibet aduersarium molimur. Amore

dum amico vel propinquo contē
dimus prestare auxiliū · Judicāt
etiam non recte quidam propter
personarum acceptionem quidā
propter debiti ordinis pretermissi
nem quādam propter psonarum ac
ceptionem · Contra qs · Deutro · p̄
mo · Ita parūm audietis ut mag
num nec accipietis cuiusq̄ perso
nam qz dei iudicium est · Vtinā le
gem istaz omnes iudices attēde
rent · Quoniam dei iudiciū faciunt
Vnde illō facere debent qđ deum
velle facere si ibi esset credūt · Alij
non recte iudicant propter per
sam intensionem · Intendunt enī
quidam remunerationē tempa
lem vel in fama vel in pecunia · Cō
tra quos loquitur beatus Grego
et habetur in Can · vndecimo q̄sti
oē · 3 · Qui recte · Qui recte inquit
iudicat et premium remuneratio
nis exspectat fraudem in deum p
petrat quia iustitiam quam gra
tis impartiri debuit acceptione pe
cunie vendidit · Bonis male vtunt
qui pro temporali lucro iuste iudi
cant · Tales quippe ad veritatem
non iusticie defensio sed amor pre
cij prouocat · Quibus si spes mun
ra subtrahitur confestim a iusti
cie defentione discedunt · Hec Gre
gorius · Si ita est qz iudex propter
munera iusticiam faciens damp
natur Quid fiet de illo iudice qui
propter munera iniustitiam iudi
cabit · Tercio sunt qđam qui nō
recte iudicant propter ordinis de
biti pretermissionem · Debemus e
nim qđ quoq̄ fumus in superiori g̃
du positi primo iudicare nosipsos
et postea alios considerantes nos
esse homines et nō deos aut domi
nos Secūdo · Corinthe · vndecimo
Si nosmetipsos diiudicaremus nō
vtiq̄ iudicaremur · Qualis autem
debet esse qui debet alios iudica
re bene et lucide declarat Ambo
sius super psalmum Beati immā
culati · Et habetur in · Canone · 3 ·
questione septima · Judicet · Judi
cet inquit ille de alterius errore q̄
non habt quod in seipso odēpnz
Judicet ille qui non agit eadem q̄
in alio putauerit punienda ne cū
de alio iudicat in se ferat sententi
am · Et iudicet ille qui ad pronūci
anduz nullo odio nulla offensio
ne nulla leuitate ducatur · Et post
pauca · Bonus iudex nichil ex ar
bitrio suo facit nec ex domestice vo
luntatis proprietate sed iuxta le
ges et iura pronunciat a scitis et
statutis iuris obtemperat hon in
bulget proprie voluntati nichil pa
ratū nichil p̄me ditatuz de domo p
fert sed sicut audit ita iudicat et
sicut se habet natura discernit ob
sequitur legibus non aduersatur
examinat cause merita nō mutat
Hec ibi · Sequitur · Neque custo
distis legem iustitie Vbi ostēdit
eos fuisse transgressores quia in
iuste spoliauerūt iustos Judex qui
male iudicat frequenter iustum
a bonis finis spoliat · Et sicut dicit
doctores concorditer · Siue tulerit
iniquam sententiam ex certa ma
licia · Siue ex iuris ignorantia te
netur ad restitutionem · et ad to
tum interesse parti lese nisi possit
inducere illū p q̄ iudicauit iuste
ad satisfaciēdū p̄ti lese · Q̄ idē intelli
gitur & iudex ordinarius l̄ delegatus

ad satisfaciendum ꝑti lese. Et
illud intelligitur de iudice ordina
rio vel delegato vel sponte se inge
rente vel acceptante gratis delega
tionem suam. Si vero aliquis iu
ris ignarus foret compulsus ad
iudicādum a peteret consilium a
iurisperitis a apponeret diligenti
am quam posset ad bene iudicā
dū Tal licet ferret in qua sētenti
am non tenetur ad restitutionez
Sed si fuerit negligens in petēdo
consilium a iurisperitis cum eos
posset habuisse tenetur ad ēstitu
tionem ¶ Aliud est H notanduz
q sicut dicitur extra de sentētia a
remissione iudiciaria in nouellis
Innocentij. Cum eterni. Si iudex
ecclesiasticus ordinarius vel dele
gatus contra conscientiam a iusti
ciam in grauamen partis in iu
dicio alterius quicq̄ fecerit p gra
tiam vel per sortes ab executione
officij p ānum nouerit se suspen
sum ad estimationem litis parti
quam leserit nichilominus con
dempnandus. Et si durante suspē
sione ingerit se diuinis: irregula
ris est. a cum eo solus papa dis
pensat. Hec ibi. Et ideo illi qui cū
iudicibus tractant vel consilian
do: vel supplicando: vel informādo
bene sibi cauere debent: ne sint cā
quare iudex a veritate declinat: vl
ꝑter eorum consilium vel preces
vel suggestiones: quia alias grā
uiter peccant. a ad restitutionem
parti lese faciendam tenētur. Et
ideo quid sit a iudice rogandum
docet Tullius tercio de officijs ca
pitulo. ii. Precarum a maioribꝰ
accepimus morem rogandi iudi
cem si eum mōrēm tenerem? quē
salua fide facere posset. Naz si om
nia faciēda sunt que amici volūt
non amicicie tales: sed coniurati
ones putande sunt. Ad hoc autez
q̄ iudex legez iusticie teneat ista
tria custodiat scilicet exquisitam
cause discussionem: facilis credu
litatis exclusionem a deliberate sē
tentie prolationem. De primo a
secundo Job vicesimonono. Cau
sam quam nesciebam diligentis
sime inuestigabam. Super quod
dicit Gregoriꝰ decimonono Mo
ralū capitulo decimosexto Maio
ra crimina tarde credenda sunt cū
audiuntur. a sunt citius punien
da cum veraciter cognoscuntur.
Facilitas enim credulitatis per
uersum facit dare iudicium. sicut
patet de Phutifare principe mili
tis Pharaonis Genesis decimo
nono. Ruinis credulus verbis
coniugis innocentem Joseph cā
ceri mancipauit. De forma discuti
endi causas in iudicio exemplum
habemus de domino deo nostro:
qui tamen omnia nouit vt deus
Genesis decimooctauo. Clamor
inquit dominus Sodomorum a
Gomorreorum multiplicatus est
a peccatum eorum aggrauatum
est nimis: descendam a videbo
vtrum clamorem qui venit ad me
opere compleuerint an nō est ita
vt sciam. Quod exponens Magi
ster in hystoria scolastica dic sic.
Hoc exemplum ꝑpus ihesus reli
quit nobis quasi diceret. Mala
hominū nō ante credatis q̄ pro
betis. Inde est q̄ iudex crimē sibi
soli notum punire nō potest. Nec

148

ill e. Secundo habemus iteratū exemplum ad idem. Johā. octauo. Quam diligenter cristus excussit causaz mulieris quā scribe a pharisei de adulterio accusabant. Primo enim inclinans se deorsum digito scribebat in terra. Et rursum erigens se dicit eis Quis vestrum sīe peccato ēt ac̄. Et iterū scribebat in terra. Ecce q̄ morosus fuit ante q̄ voluit sententiare et q̄ diligēt causam mulieris discutit. Quid āt scribebat ex sacra scriptura expſſum non est dicunt quidam q̄ illud idem scripsit quod eis respōdit Qui sine peccato est vestz ac̄. Glosa dicit q̄ scribebat peccata eoruz ut quilibet legēt sua. dicit Ambo Et est ibi in glosa interlineari. Qs scripsit nisi illud prophetici. Terra terra absorbe hos vivos abdicatos Hieronimus in quadam epistola ad Hyrēnēn. videtur velle qs scripsit. Terra terram accusat. In hijs ergo exemplis cristi patz doctrina ommium predictorum triuz sine quibus iustuz iudicium esse non potest. Ad hoc enim q̄ iudicium sit actus iustīe tria exigūtur Primo q̄ procedat ex inclinatiōe iustitie. Secūdo q̄ procedat ex autoritate. Tercio q̄ fīāt secōm rationem prudentie. Quia si sit contra rationem iustīcie dicit iudicium peruersum vel iniustum Si sīe autoritate. dicetur iudicium vsurpatum. Si sine ratioe prudentie in cause examinatiōis. dicetur iudicium temerarium. de imparatore Theodosio et beato Ambrosio legit noō libro hystorie tripertite notabilis ē hystoria que narrat capitulo decimoquarto. Cum enī apud Tessalonicam quidam iudices fuissent lapidati. Indignatus Theodosius omnes passim interimi iussit non precedente examinatione iudicij vt septez milia hominum interficerentur. Post hec venit imperator apd mediolanū vbi preerat Ambrosius. Cumq̄ in die solemni imperator in ecclesiam ingredi voluisset. foris ad ianuam Ambrosius eum prohibuit et grauissimis obiurgatiōib9 eum arguit et inter alia dicit sibi sic. Quam inquit penitentiaz ostēdisti post tantas iniquitates que re ibi residuū. ¶ Tercio accusat spiritus sanctus malos iudices de hoc q̄ male regulauerunt seipsos Neq̄ secōm voluntatem dei ambulastis Ad Romaōs duodecimo. Nolite conformari huic seculo sed reformamini in novitate sensꝰ vestri et probetis que sit voluntas dei bona placens ac perfecta. Nō enim debent se conformai seculo sed stare pualide i rationis iudicō vt sancti sint in seipsis qui habent alios ex officō sacrificare ad Thessalonicenses quarto Hec est enim voluntas dei sanctificacio vestra vt abstineatis vos a fornicatiōe vt sciat vnusquisq̄ vas suum possidere in sanctificatione et honore non in passionibus desiderij sicut gentes que ignorant deum

Lectio septuagesimaoctaua

Orrendet cito apparebit vob̄ qm̄ iudiciū duissimū in hijs q̄ fūt fiet. Ergo enī dicit mā. Potētes āt potēt tormēta patiēt // dedātis causis

ꝑter quas mali iudices merito
poterunt excusari. Dic exequitur
de pena: qua merebūtur iudicali
ter contempnati. ¶ Et circa hoc
duo facit. Primo ostendit: q cō
tra malos iudices fiet iudicium
cum singulari discretione. Secun
do q hoc fiet cum rationali ꝓpor
tione. ibi. Exiguo enim. Quātum
ad primū dicit. Horrende a cito
apparebit vobis q̄si diceret. Vos
qui modo horribiles apparetis
pauperib⁹ a innocentib⁹ stipati
militib⁹ a multitudine famulor⁹
honorati muneribus a adulacōni
b⁹ deriuor⁹: ditati pecuniis a ha
būdantia mūdanorum: onerati
sceleribus a debitis peccatorum. Ca
uete: quia iudex vester xp̄s horrē
de a cito apparebit vobis. Et bene
cauete: quia ad Hebreos decimo
Horrendum est incidere in manꝰ
dei viuentis. Et q̄d faciet vobis
iudex iste? Ad hoc respondet sufficienter: Primo ostendendo modū
quo veniet. Secundo describendo
actum quem intendit. ibi. Quoniam iudicium durissimū in his q̄
presunt fiet. Quid a quomodo
xp̄s faciet iniquis prelatis ostendit p hec verba. Horrende a cito
apparebit vobis. Ibi. docet tria circa aduentum xp̄i ad iudicium q̄ntum ptinet ad malos iudices a
prelatos: qui tunc temporis bonis
apparebit benignus: a malignis
austerus. Veniet enim vobis malis iudicib⁹ videlicet potenter cum
inussione timoris: quia horrēde.
repente cum exclusione corporis:
q̄a cito a euidenter cum declaratione vigoris: quia apparebit vobis. Jam enim dicitur a ita est. ve
re tu es deus absconditus ysaie.
quadragesimo quinto. Sed tunc
verificabitur illud Psalmiste. Deus manifeste veniet deus noster
a non silebit. Veniet inq̄ primo
potenter cum inussione timoris.
a hoc iuste. Nam modo vbicumq̄
veniunt falsi iudices: mali domini incutiunt timorem. Imperant
enim: non cum pietate: sed cum
austeritate: non amore: sed terrore. Contra quos valde rationabiliter loquitur ꝓpheta Ezechielis.
xxxiiii. Et comminabitur eis dominus nūc
pro tunc. Ve inquit pastoribus
israhel qui pascebāt semetipsos
Nonne greges a pastoribus pascātur? quasi diceret sic. Lac comedētis a lanis operiebamini. a q̄d
crassum erat occidebatis. Gregē
autem meum non pascebatis: quod
infirmū fuit non consolidastis.
a quod egrotum non sanastis:
quod fractum erat nō alligastis
a quod abiectum est non reduxistis. a quod perierat non quesistis: sed cum austeritate imperabatis eis a cum potentia. Justum
est ergo: q iudex eorum xp̄s consimiliter se habeat ad eos. Et ideo
eis tunc temporis horribilis apparebit Sapientie quinto. Videntes turbabuntur timore horribili a mirabunt in subitatione insperate
salutis. imo ꝓpter eos a malos cōsimiles dies iudicij: qui dicerentur vocari dies consummationis: liberationis: promotionis. a amoris vocātur dies tribulationis a doloris. ꝓpterea dicit ꝓpheta Joelis
ii. Sol conuertet in tenebras a luna

in sanguinem antequ veniet dies do
mini magnus et horribilis · Ven
et ergo horrende ¶ Secundo ven
et cum excussione corporis quia
cito id est repente Ille qui venit ex
iopinato dicitur venire cito quum
cumq; exspectauerit veniendo In
rei veritate cristus morose eos ex
spectat et ipsi sua mora abutunt
Et cum dixerint pax et securitas
tunc repentinus superuenet eis in
teritus · 1 · Thimothei secundo Qui
a in psalmo · Viri sanguinum et
dolosi non dimidiabunt dies suos
Apoca · 22 · Ecce venio cito a merces
mea mecum e reddē vnicuiq; sec
opera sua · Quare non est populus
ita deuotus vt olim ¶ Responsio Jo
cularum · tūc fuerunt promoti ppt
mores et scientiam Nunc propter
obsequia et pecuniam ¶ Tertio
venet euidenter cum declaratioē
vigoris quia tunc videbunt filiuz
hominis venientem in nube cum
potestate magna Luce · 21 · Veruz
est q̄ non habēt modo deum pre o
culis a ideo nō apparet eis · dicūt
enim cum pharaone Exo · 5 · Quis
est dominus vt audiā vocem ei⁹
et dimittā israhel ¶ Nescio dominū
et israhel non dimittam · Sed tūc
manifeste se ostendet eis Abacuc
secundo Adhuc visus procul a ap
parebit in finem a non mētietur
si moram fecerit exspecta eū quia
veniet vobis et nō tardabit · Sic
ergo venet cōtra malos prelatos
Sed ad quem finez ¶ Certe ad hoc
ut coram toto mūdo fiat vindic
tam iustam de omnibus · Sed pri
cipaliter de malis prelatis a quia
tunc iuditium durissimum in hijs
qui presunt fiet duerum quia male
intrauerunt : durius quia male ex
erunt : durissimum · quia male vix
erūt ¶ fiet enim tūc eis triplex ōstō.
Quo modo intrasti ¶ Quō existi
Quomō vixisti · dux in dicū fietse
rkaibz · dui⁹ mal⁹ ilgios · duissimū
peruersis prelatis · Dura questio
quare oues cristi non pauerunt
auxilio tēporalis substancie dur
or quare non pauerunt verbo doc
trine · durissima quare eos non pa
uerunt exemplo bone vite · dura
questio : quare ex pauperibus ex
tortiones fecerunt · durior qualiē
bona pauperum consumpserunt ·
durissima : quare cristo et ecclesie
p̄ p̄ceptis elemosinis nō seruierūt
Dura : quar bonos nō ifortauerunt
duior : quare malos non increpa
uerunt · durissiā : quar ipsimet nō
bene vixerunt · Ergo iuditium dnis
simum in hijs qui presunt fiet Pa
tet ergo q̄ fiet iuditium contra p̄
latos cum singulari discretioē Re
stat declarare q̄ hoc fiet proporti
one racionali · Est enim iustum
q̄ sic se habeat pēa pilati ad pēam
iude : sicut culpa pilati habit se ad
culpam iude In illa proporcioē in
q̄ culpa p̄ilati excedit culpam subdi
ti iustum est q̄ pena prelati exce
dat penam subditi · Et quia iste ex
cessus est talis quo maior esse nō
potest · Ideo vocatur iudicium du
rissimum quod infligetur · Et ideo
etiam consequenter q̄ exiguo cō
cedit misericordia : potentes aut
potentur tormenta patienter · Exi
guo id est ei qui peccauerit per ig
noranciam aut fragilitatem cōce
dit misericordia id est minor pena

B

Sed potentes id est prelati scien
tes id est ad scientiam obligati po
tenter id est habundanter tormēta
patientur Apocalipsis decimooc
tauo. Quātum glorificauit se a in
delicijs fuit: tantum date ei torm̄
tum a luctum: quia in corde suo di
xit Sedeo regina a vidua nō sum
a luctum nō videbo. Et exponi po
test de anima peruersi prelati. ¶
Iudicium in hijs qui presūt fiet
Prelatus ad hoc q̄ digne presit
debet esse luminosus per rectam i
formationem: operosus per sanc
tam occupationem: gratiosus p
piam compassionez a animosus
p piam correctionem. Primo di
co: q̄ prelatus debet esse lumino
sus p rectam informationem Sa
piētie. 6. Diligite lumen sapiētie
omnes qui preestis populis. Hij
enim sunt stelle moraliter. de qui
bus dicitur Genesis p̄mo. Posu
it stellas in firmamento celi: vt
lucerent super terram a preessent
diei ac nocti. diei id est dericis no
ctī id est laycis Gregorius decīo
tercio Moralium. Cum is qui sub
est seruit ad obsequium restat
procul dubio: vt qui preest seruí
at ad verbum. a cum is qui sub
est iussis obtemperat: oportet q̄
qui preest curam sollicitudims
impendat. Sed iam verificatur il
lud Job. 2. Sol a luna obtenebra
ti sūt a stelle retraxe sūt lumē suū
Sol a luna sūt p̄lati maiores: stel
le curati minores. Secūdo debet es̄
operosus per sanctam occupatio
nem: cōtemplando: p̄dicando: sa
cramenta ministrādo a pauperes
visitando Ad Romanos. 12. Qui p̄
est in sollicitudine. Corpora enim
celestia incessanter mouētur: ac a
gūt in ista inferiora: alterāt terrā.
elementa eis subiecta: vt mūdus
contin̄etur in esse: quia si ipa ab
operacōne cessarent inferioris mū
di species finiretur. Sodez modo p̄
latus cōtinue a sollicite operosus
debet esse: mon̄edo: corrigendo: ex
emplū p̄tendo. Vnde Hieronim⁹
super Exodum vicesimo octauo ca
pitulo. Tanta debet esse conuer
uersatio a eruditio pontificis: vt
omnis motus a gressus. a vniu
sa eius opera notabilia fiūt: veri
tatem mente concipiat. a eam to
to habitu resonet a ornatu: vt
quicquid agit: quicquid loqui
tur doctrina sit populorum. Vnde
Seneca epistola secūda. Nature
est deterioribus potiora submit
tere. Mutis quidez gregibus: aut
potiora corpora p̄sunt: aut vhe
mentissima non p̄cedit armenta
degeneraturus. sed qui magnitu
dine ceteros mares vicit. Elephā
torum gregem excellentissimus
ducit. Summa felicitas erat genti
um in aureo seculo: in quo non
poterat potentior esse nisi melior.
Illo ergo seculo quod aureum
perhibent penes sapientes fuis
se regnum iudicat quando offici
um erat imperare non regnum.
Et tales tamen duplici digni fiūt
honore prelati: vt scribitur p̄ma
ad Thimotheum quinto. Qui bē
ne presunt presbiteri duplici ho
nore digni habeantur: maxime
qui laborant verbo a doctrina.
Et vt scribit Apostolus Paulus
Ad Thessalonicenses quinto.

Vincenti dabo manna absconditum. Tercio ē Euеus q̄ interp̄tat
lapides colligens a figurat iracū
dum a rixosū. hic colligit petras
offensionis a lapides scandali vt
in iurgio iaceat cōtra primū. Sic
Semei gradiebatur maledicens
a mittens lapides contra Dauid
Secundi Regū. 16. Istum vincere
debemus p donum consilij sequē
do xp̄i consilia de patiencia a tole
rantia iniuriarum Matth. 4. Ego
autem dico vobis non resistē ma
lo: ꝫ si quis te percusserit in max
lam vnam p̄be ei a alteram. Et
talis victor erit securus de promis
sione facta Apocal. z. Qui vicerit
nō ledet a morte secunda a infernali pena. Quartus ē ethe⁹ q̄ interp̄
tatur stupor vel formido. a significat accidiā: que facit hominez stu
pidū a formidātem opera vtuosa
Ille vincendus est per donum fortitudinis. de quo Gregorius. 6.
Moraliū. Iustoruz fortitudo ē carnem vincere: ꝑ ijs voluptatib⁹
contraire: delectationem vite pre
sētis extinguere: huius mūdi as
pera pro eternis premijs amare:
prosperitatis blandimēta ꝛtempnere: aduersitatis metum. cordis
audacia superare. Reprobox fortitudo est transitoria sine cessacō
ne diligere: contra flagella ipsius
conditoris insensibiliter perdurare: ab amore rerū temporaliuz

nec āuersitate quiescere ad mā
nē gloriā etiā cū vite detrimento
querere: malicie argumenta acq̄
rere: bono q vitam nō solum verb̄
a morbis: sed etiam gladijs im
pugnāe: in semetipsis spem pone
re: iniquitatē semp fine vllo pe
nitētie desiderio ꝓpetrare. Sed victo
ri huiꝰ etheri premiū promittit Apo.
3. Qui vicerit dabo illi sedere mecū
in throno. ¶ Quintus est ethanā
neus qui interpretatur possessor
vel negociator. a signat auarum
a cupidū: qui p diuersas negoci
ationes: possessiones acquirit a au
get. Vñ Augꝰ de domini verbis ꝑ
mone. 24 Que est illa auiditas cō
cupiscentie cui a ipsa habet tehe
modū. Tunc em̄ rapiunt quādo
esuriūt. Parcit vero prede cum sē
serint saturitatem: isati abilis est
sola auaricia diuitū: semp rapit
a numq̄ satiatur: nec deū timet
nec hominez reueretur: nec patri
parcit: nec mātez recognoscit: nec
fratri obtemperat: nec amico fidē
prestat: viduaz opprimit a pupil
lum inuadit: liberos in seruicium
reuocat: testimoniū falsum ꝓfert
res mortui neq̄ter occupat Et q̄
est ista isania. Animaz amittere
vitam: appetere mortez: acquirere
auru a perdere celum. Iste ethana
neus vincēdus est p donū pieta
tis: que mouet ad dandū paupe
ribus ꝓpter deum. Narrat Julius
sextus Strategematon libro p̄mo
capi. 2. qꝺ cum Emilius Paulus
consul romanus in lucanis iuxta
litus angusto itinere exercitū du
ceret a tharentinis ei classe insidiā
tes agmen eius scorpionibus es
sent aggressi captiuis latera eōꝝ
tium preteruit: quoz respectu ho
stes inhibuere tela Sic moralite
diuites si tela demonum vel vitio
nes diuias euadere velint ponāt
iuxta latera sua paupes elemo
sinas eis largiēdo a circumdent
latera sua pauperibus ꝓpter quos
deus frequenter parcit ab vlcis
cendo a demones cessant a nocen
do a taliter vincenti dabitur illō
in futuro quod promittitur Apo.
21. Qui vicerit possidebit hec. a
ero illi deus a erit ipse michi filiꝰ
Sextus est Jebuseus qui interp
tatur presepe. a significat gulam
que suadet homini semper stare ad
psepe sicut asinꝰ vel iumentū. a iste
vincī debet p donū sciētie: qua
sciamꝰ viuere temperate. Juxta il
lud Apostoli ad Philip̄. 4. Scio
habundare a penuriā pati. Et sic
vincenti dabitur quod promittitur
Apoca. 2. Vincenti dabo edere de li
gno vite. Ad litteram Temperā
tia etiā presētem vitam ꝓlongat
Eccī. 37. Qui abstinens est adici
et vitam Et per oppositum gula in
morbū a in mortem inducit Eccī.
31. Vigilia a colera a tortura viro
infrumito. Ad litterā excessus gu
le causat defectuz suauis sompni
a colerama vomidicam passionē
torturam id est torsiones vētris
Et hec omnia facit gula viro ifru
mito. Dicitur autem infrumitus q̄
si sine frumine id est sine sapore.
Est enim frumen illa pars guttu
ris que saporem sentit. Gulosus
autem morsellos deglutit sine sa
pore ad modum lupi deuorando.
Vel dicitur infrumitus quasi sine

202

fruno quod est cōfrctio qūa ea
ria frumuntur. Septim⁹ est phe
reseus: qui interpretatur dissemi
nās terraz. a figmficat lubricum
a illecebris datū qui illicite semi
nat semen suum a meret momen
taneam delectationez a in fine eē
nam Ad Galathas 4. Qui semi
nat in carne: de carne a metet cor
ruptionem. Iste vincendus ē per
sapientiam id est per saporem ce
lestium: quibus gustatis cessat
omnis delectatio carnalis. a qui
sic vicerit pmissionem consequa
tur q̄ ponitur Apocal'. z. Qui vice
rit ℔ vestietur vestimentis albis.
Hee sunt turbe septē quas vince
re nos oportet. Est enim de xpo sic
de Marco furio camillo. de q̄ narra
rat Sextus Julius Strategema
ton libro. A. cap̄. z. Iste iturus ad
bellum in exercitu proclamare fe
cit se nō receptueū quemq̄ in cas
tra misi victorem. reductisq; multi
bus in aciem victoria potitus ē.
Isto modo xp̄s nullū recipit in ce
lum in die iudicij misi fuerit prius
victor. Et ideo has septē promissi
ones facit sub sola cōditione vic
torie. Propter qđ dicitur ysa. 9.
Letabūtur coram te sicut q̄letan
tur in messe: sicut exultant victo
res capta preda quando diuidūt
spolia

Lcio duēcesima q̄nta

Veste poteris quā habē
bat totus erat orbis ex
tum a parentum magna
ta in quatuor ordinibus lapidū
erant sculpta a magnificentia tua
in ypademate capitis illius erat
scripta. Ipsis āt cessit qui exterm
nabat. a hec extimuit. Erat enim
sola temptatio ire sufficiens.
Postq̄ declaratum ē qualiter sū
mus pontifex Aaron diuinā placa
it offensā a angelū occidentē pplz
p incēdium cessare fecit a plaga
p devotam supplicationē a p divi
ne federis allegationē In ista pte
psequit quō ad eundem effectuz
cōmodius exequendum adiūxit
sacraz vestiū repetitionez. Fuit
em indutus pontificalib⁹ vestib⁹
q̄ misteriis plene erat. Et circa
hoc duo facit. Nā primo describit
sacerdotalis ornatus cōvenientiam.
Secūdo ondit q̄ntam ipsi Aaron
siue ornatu p̄stitit angel⁹ reverentiā
ibi. Ipsis āt cessit. In describendo
aūt ornatum sacerdotale: nō enūat
oēs vestes de quib⁹ Exo. 28. agit
ℓ tantū tria ornamēta describit in
quib⁹ oia alia itelligi voluit. Sūt
āt ista Tunica iacinctina: ratiōa
le. a lamina aurea q̄ pendebat in
fronte. In hoc āt ornatu triplici erat
repsentatio orbis terraru: cōmēo
ratio paterne nobilitatis a decla
ratio divine maiestatis. Dicit g̃
sic. In veste poteris. Est āt podeis
tunica talaris a dicit a pos podis
grece qđ ē pes pedis latine: q̄ erat
tunica iacinctia vsq; ad pedes des
cendens. Vnde dicitur poteris q̄si
pedibus intexens. Erat autem de
duabus incisionibus facta: con
suta super humeros a per latera
in modum dalmatice facta: māi
cas eiusdē coloris habuit: caputi
cium habens non ex transuerso
super scapulas: sed longam sectio
nem habebat ista vestis a pecto
re vsq; ad medias scapulas: cui

aptūr: nē tūr pīter appar̄et ārē
a retro assuta erat vitta: q̄ super
scapulas hinc inde vasculis ostri
gebat. Habebat autem hec solen
nis tūica p̄ōtifical' p fimbrijs. Az
tūnabula aurea quib⁹ erāt imix
ta totidem vascula q̄si malapuni
cā ex iacincto a purpura a cocco
bistincto: ita vt post tūnabulu
eēt malagranatum q̄si inē scala
ri modo positū: vt audirē sonꝰ q̄
do ingrediebat sacēdos sanctuari
um. De hac igit vestē pontificali
dicit hic. In veste enim poderis.
Et est ostructio intrāsitiua quam
habebat totus orbis terraꝝ. Stat
aūt hic poderis nō solum p tūica
iā descripta imo pro toto ornamē
to sacerdotali: p quod sīn suas di
uīsas ptes totus orbis terratū mi
stice figmificabat. ¶ Vbi notan
dū: q̄ fiant dicit Mgr̄ in hist̄ijs
Exo. 28. Quatuor erāt vestes tam
minorib⁹ sacerdotib⁹ quos cōmu
nes vocabāt q̄ principi sacerdotū
quē arabarchū appellabāt cōes
a alie q̄tuor erant quib⁹ solus a
rabarch⁹ sup illis q̄tuor vtebat
Quatuor prime erāt femoralia: ca
misia talaris: a balthreus latus
ad q̄ntitatem q̄tuor digitoꝝ inter
tius floribꝰ coccineis: purpureis: ia
cinctinis a thiara. Quatuor vero
pontificales vestes quib⁹ sūmus
sacerdos induebatur fuer ūt istes
Poderis de q̄ supius dictum ē. Su
phumerale quod habuit formā
q̄d tangulū in pectore a duos lapi
des omichinos sup vtrumq; hūer
in vno erāt scripta p̄nciabilibus
litteris sex nomina filioꝝ israhel
a in alio alia sex. Rōle fuit tertiū
ornamētum a q̄drangūlū textu
menfurā apture in superhumerali
ex q̄tuor colorib⁹ scz bisso a pur
pura: iacincto cocco bistīcto a au
ro contextum. sicut a superhumera
le. Et erāt in eo duodecim lapides
auro firmit inclusi p q̄tuor ordines
tres in singulis ordinib⁹. In p̄mo
ordine sardius: topazius a smara
gdꝰ. In secundo carbūculus: sa
phirus a iaspis. In tercio liguriꝰ
agates a ametistus. In q̄rto crisō
litus: onichinꝰ a berillus. In q̄bꝰ
erant scripta nomina duodecī fili
orum israhel iuxta ordinez natui
tatis sue: singula in singulis. Rē
tum ornamētum sacerdotis sūmi
erat capitis: quod omuniter thi
ara: mitra vel infula dicitur. ꝫ spe
cialius: cydaris. a erat interius
totaliter iacīctia: q̄ circumdaba
tur exteriꝰ aureo circulo trib⁹ ordi
nib⁹ facto cuius sūmitas in altiſ
simū cacumē tendebat: sup fron
tem pendebat lamina aurea ad
modū dimidie lune facta q̄ ara
tionem suam habuit versus sur
sum a per anulum aureum vnci
no inserebatur qui thiare affixus
erat. In hac lamina sculptum erat
Ayoth adonay id est magnum
nomen domini scilicet tetragrama
ton quod ineffabile dicitur: non
quia dici non posset: sed quia rez
ineffabilem figmificat quod hijs
litteris scribitur. hee. Joth. heth
vau: que sonant principium vi
te passionis iste: quod est dictū
per passionem illius quem prefi
gurat iste sacerdos renūciatur vi
ta in Adam perdita. Ista aūt fuer
ornamenta sūmi sacerdotis de quib⁹

v l.

quem pfigurat iste sacerdos te
nũciatur vita in Adam pdita. Is
ta fuit ornamẽta summi sacerdotis.
de quib⁹ nota magistrũ in histo
riis sup xo.28. pulchrea diffuse
Quãdo ergo dicit. In veste po
deris: stat iy poderis pro totali orna
mẽto sacerdotis q in istis figura
bat totus orbis terraꝝ. Nã femi
nalia q camisea linea: quia de lio
erant figurabant terraz Balthe
us oceanum. Tunica vero iacin
ctina ipso colore suo aerem prefe
rebat Timpanabula ratõne sui so
nitus tonitruũ Malogranata co
ruscationes. Ephoth vero vel super
humerale ppter varietatem suoꝝ
colorũ celum fideiũ figurabat
Rõ vero aurum quatuor alijs co
loribus intextum erat significat
q calor vitalis penetrat vniuer
sa. Duo sardonites solem q lunaz
significabant. Duodeciz gẽme pe
ctorales duodecim signa in zodia
co ostendebant. Rationale quod
erat i pectore significabat: q ter
rena adherent celestibus q q ra
tione cuncta sũt plena. Cydarus
celum est empireũ. Lamina sup
posita deum omniũ presidentez.
Sic ꝙ patet sensus litteralis hui⁹
textus. i quo sic dicit. In veste po
deris quã habebat totus erat or
bis terraꝝ sm Josephum q iude
os. Secũdum ornamentum quod
specificatur hic i littera est ratiõa
le siue logyon: sũ pectorale i quo
erant sm eum quatuor ordines.
duodecim gẽme in quib⁹ sculpta
fuerũt duodecim nomina filioruz
israhel: vt superi⁹ dictũ fuit. et q̃n
tum ad hoc dicit. Et parentũ sciz
duodecim patriarchaꝝ filioꝝ ia
cob magnalia vmagnũ aliquod
signãtia sculpta erant in q̃tuor or
dinib⁹ lapidũ vgẽmaruz. Tercium ornamẽtum quod specificat
B in littera ẽ fidar⁹ pontificalis q̃
a sui pte vocatur viz a lamina: q̃
pendet in fronte pontificis. Vnde
dicit sic. Et magnificẽtia tua id ẽ
magnificum q̃ ineffabile nomen
tuũ erat scripta in dyademate ca
pitis illius id ẽ lamina aurea ad
modũ dimidie lune q̃ pendebat
in fronte pontificis q dyademati
id ẽ fidari vel mitre fuit inserta.
Et sic stat totum p partes. Conse
q̃nter ostendit q̃ntam reuereti
am fecit angelus Aaron sic indu
to. ibi dicit. Dijs aũt cessit. Dijs
aũt vque scribebãtur q figurabã
tur p sacerdotis vestes cessit ãge
lus siue bonus siue malus qui ex
terminauit populũ. q insup. Hec
extimuit nõ timore qui ẽ passio.
timore quẽ ẽ reuerentie exhibicõ
Sz cũ fuerit angelus bonus mõ
uemẽs erat ꝙ istis cederet q ad
hoz rep̃sentationem punire cessa
ret. Ei p quia. quia erat sola tẽp
tatio ire sufficiens vtimor quẽ ha
buit populus de iusta dei vindic
ta q̃ndo videbat tantam multitu
dinem subito cõflagratam suffici
ens erat ad deletionẽ sceleris sui
Sunt aũt quidã facilis correptio
nis quib⁹ sufficit verbũ corripi
tis. Quidã autẽ nõ sic se habent.
post verba oportet adderе verbera
Prouũ. zz Seru⁹ verbis erudiri nõ
potest. imo sicut legitur Ecclesiasti
ci. zz. In opera cõstitue cum fi
o deret illum. ꝙ si nõ obaudierit

cuĩa illũm cõpedib9. ¶ Nota moraliter: q̃ pſona eccleſiaſtica quelibet debet indui iſto triplici ornamẽto: poderę: rationali a dyademate: vt ſit poderis in corpore. rationale in pectore a dyadema in capite. Poderis namq̃ ſignificat cõtinentiam cãſtitatis. dyadema vero eminẽtiam ſanctitatis. rationale ſciẽtiam veritatis. Primuz g̃ veſtimẽtum quo debet ſe veſtiẽ pſona eccleſiaſtica ẽ poderis cõtinẽtie: vt totum corpus a motib9 laſciuie: petulantie a inſolentie cõpeſcatur. a hec merito vocatur talaris. Fingunt poete vt patet in ſcitillatio poetarũ q̃ mater Achillis Achillum natũ tinxit in aquis ſtigijs. vi aquis cuiuſdã fluminis infernalis q̃ntum ad corpus totũ excepto talo. a ideo Achilles iuulnerabilis fuit p totum corp9 miſi dumtaxat in talo. Cum g̃ captus amore Polixiene in templo thorum pſone ſtatuiſſet aſpide in talo pcuſſus occubuit. Et quia Paris ſub ſimulachro Apollinis latuit i templo abſconditus fingit Appollinem telum Paridis direxiſſe in talum Achillis a mortuus eſt. Iſtius poeſis ſenſus litteralis ẽ iſte. Vene que ſunt i talo ad remuma femoza atq̃ virilium pertinent rationum. Vnde Origẽs pũcipalem locum libidinis dixit eẽ i talo. Achilles ẽ homo pfectus quẽ mater virtus intinxit in aquis ſtigijs: quia virtus contra omẽs labores hominis munit: ſolum talum non tinxit quia quantumcũq̃ homo per humanam virtutem fuit munitus ſemper ad libidinis ictus pãtet miſi p diuinam gratiam preſeruetur. Ideo ſignanter dixit Salomon Sap. 8 Sciui quia aliter nõ poſſum eſſe cõtinens niſi deus det. a idẽ hec ſpecies iuſticie generalis ſiue virtus que ẽ continẽtia a deo cõtinue poſtulanda a ſic ſolũmodo haberi poteſt Jxta illud Eccl. 24. Si ſequaris iuſticiam que ẽ continẽtia qua corp9 recte agitur apprehendes illam a indues illam quaſi poderez honoris. Vocatur eciã talaris cõtinentia quia vſq̃ ad finem vite cõtinuari debz. 2. Regũ. 12 Thamar eãt induta huiuſcemodi talari tunica. Filie autẽ regũ virgines huiuſcemodi tunica vtebãtur. Secundũ ornamentũ pſone eccleſiaſtice debet eſſe racõnale ſcientie. In iſto racõnali ſcribebatur doctrina q̃ veritas. Hec eñ debet eſſe principalis intentio derici vt poſſit vera addiſcere a vera docere. In collacõnibus patz libro. 10. ca. 29. dicitur ſic. dixit abbas Palladius q̃ aiã ſm xp̃i voluntatẽ conuerſantem oportet aut diſcere fideliter q̃ neſcit aut docere manifeſte q̃ nouit. Si autẽ vtrumq̃ ſi poſſit non vult iſamie morbo laborat. Jmicũ eñ recedendi a deo faſtidiũ ẽ doctrine. a cum nõ appetit id quod a ñma ſemp eſurit q̃ diligit deum de iſto ornamento dicit Eccl. 21. Ornamentum aureum prudenti doctrina. Terciũ ornamentũ quo ſe debet iduere pſona eccleſiaſtica ẽ dyadema capitis. Eſt ei dyadema inſigne regale per quod diſcernitur rex ab aliis. Sic certe caritas ſola diuidit inter filios regis

a pbitionis fm Aug. Vnde Deut. 6. dicit in figura. Homo quē rex honorare cupit debet indui vestib⁹ regijs. a impōi equo qui de sella regis est a accipere regiuz byadema sup caput eius. Vestes ei regis nostri xpi sunt virtutes qs etiam Philosoph⁹ vocat habitus: equ⁹ de sella regis fuit eius a byadema regis caritas. Et ideo p hec tria honorabiles nos faciem⁹ apud deum a apud homines: viz virtutib⁹ penitentia a caritate

Ca 19

¶ Capitulū .19. ¶ Lectio .20.

Impijs ātvsq; in nouissimū fine mia iā supuenit. psciebat ei a futuā eoz: qm̄ cū ipsi reuisi eēnt a pmisissent vt seducerent. a cum magna sollicitudine premisissent illos cōsequebatur illos actus penitētie. Adhuc enim inter man⁹ hatentes luctum a deplorantes ad monumēta mortuoz. aliam sibi assumpserūt cogitationem insciētie. a quos rogātes proiecerant: hos tamq; fugitiuos psequebantur. ¶ Postq; aūt deū cōmendauit dei sapientiam iuste omnia gubernātem a mirabili exterminacōne primogenitorum in egipto. In hoc vltimo capitulo cōmendat eandem a terribili subuersione egiptioz in mari rubro. ¶ Et circa hoc duo facit Nam primo agit de terribili exterminio in mari rubro. Secundo de multiplici patrocinio hebreo cū in deserto. Secunda pars ibi. Omnis em̄ creatuā. Et de istis duab⁹ agit alternatiz: nūc de patrocinio collato hebreis: nunc de exterminio illato egipcijs vsq; ad finem libri. ¶ Et circa hoc duo fiūt. Nā primo agitur de peccātium graui malicia. Secundo de pene eoz q̄ conuenienti iusticia ibi ducebat em̄ illos. ¶ Circa primū tria narrat. Primo quomodo iusti et impij a deo diuersimode puniebantur. Secundo quomodo maloz sceleā presentia a futura a deo nō abscōdebantur. a Tercio psequit q̄ rationabiliter submergi merebant. Secunda ibi. Prescibat enim. Tercia ibi. Quoniam cuz ipsi. dicit ergo primo sic. Impijs autem ac. quasi diceret. Hebrei rebelles a murmurantes contra dominū occisi sunt: pro parte per ignis incendium: sed non totaliter defecit in populuz ignis ille: quia sedatus fuit per pontificis supplicātis remedium. Sed certe impijs id est egiptijs persequentibus hebreos infra mare rubrum absq; remedio vsq; in nouissimū fine misericordia ira superuenit. Ira vindicta iusta consumpti sunt: quia vsq; ad mortē. vel vsq; in nouissimū id est quēlibet: quia null⁹ de illa submersione liberatus est. Hec ira superuenit a deo tamq; pond⁹ quod sustinere nō possent. Racō aūt huius varie punitionis iusti oz a impioz subiungitur: quia dominus pscibat q̄ ipsi hebrei peniterent a se corrigerent. a ideo p citum est eis. Prescibat autem q̄ egiptij pdurarent finaliter obstinati. a ideo promittentibus correctionem pepercit. a ponentes pinacia exterminacōe finali pcussit. a hoc ē qđ dr. Prescibat em̄

futura vlozq; scelera vlozq futura
si pmissi fuissent. Deinde cum dic
Quomã cum ipsi pmisissent de da
rat quomodo rationabilit meue
runt submergi ppter maliciã que
duplicitr patuit in exitu filioz is
rahel de egipto. Nã cuz vidissent
egiptij decimaz plagam qua fue
rãt occisi primogeniti: ascendere
a pmiserunt: q filij israhel intra
rent desertum ad sacrificandum
deo suo: imo compellebant eos ex
ire. sicut patet Exodi. 33. a tamẽ
hoc nõ obstante statim displicu
it eis q eos pmisissent recedere a
tamq fugitiuos psequebantur.
Hec ergo falsitas a inconstantia
in ppsito suo aggrauat maliciã
eorum. Item q ita recenter cum
adhuc erãt occupati circa luctuz
a sepulturam suorum mortuoruz
redierunt ad exercendum malici
am a iniuriam in hebreos a perse
quendo volentes eos reuocare sa
tis ostendit eorum maliciam in
duãtam fuisse a eos de bene actis
non de culpis penitere. Et ideo eos
submersione mirabili dignos es
se dicit. Igitur verum est q deus
prescisit eos finaliter fore malos
quod ex hoc satis patuit: quoni
am cum ipsi egiptij reuersi essent
ad cor: videlicet ad dei cognitionẽ
aliqualem q permisissent licenti
ando hebreos vt seducerent scili
cet de egipto. vel vt seducerent
id est seorsum ducerent egiptij he
breos inter montes a mare rubrũ
a cum magna sollicitudine remi
sissent illos scilicet hebreos: con
sequebatur illos actus penitẽ
tie: ipsis scilicet egiptijs penitẽ
tibus de bono pre eos facto hebre
is. Istis malis egiptijs de bono
opere penitentibus simles sunt
nonnulli religiosi mali: qui de sta
tu professionis penitent: ad quẽ
perpetuo sunt obligati. Contra
quos Jheremie. 21. dicitur. Cogi
tauj a non penituit me nec ausus
suz. Et ecce q fatue fecerunt egip
tij: adhuc inter manus luctuũ ha
bentes id est materiã luctus id ẽ
funera suoz a deplorantes id est
valde plorantes ad monumenta
mortuorum: aliam sibi assumpse
runt cogitationem insciencie id
est per quam facti sunt insipien
tes a fatui. a quos rogantes pro
iecerant id est eiecerant de egip
to. hos tamq fugitiuos perseque
bantur Exodi. 13. Indurauit do
minus cor pharaonis regis egip
ti a psecutus est filios israhel.
Circa illam clausulam. In nouis
simo ira dei superuenit. Notandũ
est: q ira dei que nichil aliud est
q vlta dei vindicta sm Aug. de
ciui. dei li. 14. ca. 24. Quatuor habz
cõditiones ppter qs merito debet
formidari. Ira enim dei nõ declinat
virium potestate: nõ debilitat tẽ
poris tarditate: in plures excitat
vm? puitate: nullaten? mitigatur
sine hũilitate. Prima g conditio
ire dei ẽ: q non declinatur virium
potestate. Ab ira enim hominis pt
alias se fortassis abscondere vel sub
fugere vel resistere: sj ira dei nec
loco metit nec fimt tpe: nec virtu
te trãscenditur Naum. 1. ca. Quis
stabit añ facie indignacois eius
a qs resistet ire furoris ei? c Et ps
Quis nouit po. iet. a p ti. t. i. t. di.

quasi diceret·nemo·Probat Boeci·i·de ysolacone metro·c·q sapiēs nō habet timere irā cuiuscūq tirāni quātumcunq seuiat cōtra eum·Sapientis enī est facere irā ipsius inermē: quia si sapiēs nichil timeat perdere quod tirannus potest auferre: nec aliquid pōt ab eo recipere quod tirannus potest ei conferre: redd it iram tirānī totaliter impotentem a priuat eam totaliter armis suis Vnde dicit sic Quisquis composito serenus euo &c·Et infra· Quid tantuz miseri seuos tirānos mirantur fine viribus furentes·Nec speres aliquid nec pertimescas·Exarmaueris impotētis iram·Aut ąsquis trepidus pauet vel optat·q non sit stabilis suiq iuris· Abiecit dipeum loco q motus·Nectit qua valeat tē hi cathenam·Quicunq homo sic huius vite appetit immoderate honores a diuicias vel abhorret pusillanimiter aduersitates fortune talis de suis passionibus a affectionib9 facit cathenam qua hat a illac p amorem vel iram alterius trahi possit Modo si loquamur de Do non possum9 eum facere sic impotentem: non appetendo quod potest conferre: nec ptimescendo quod potest inferre Nam beatitudinem: quā potest conferre naturaliter omnes appetim9· a miseriam quā potest inferre naturaliter abhorrem9·Omnes enim homines beati esse volunt·idq vnum ardentissimo amore appetunt· sicut docet Aug9·xj·de trinitate ca·xiij·a libi dicit q nullo modo possum9 velle miseri esse·Ergo non restat nobis aliud nisi diuinam voluntatem explere·exquo naturaliter appetim9 quod fine eo habere neq mus· Secunda conditio ire dei est: q nō debilitatur tēporis tarditate·Vnde Valeri9·libro .v·ca·x· Lento enim gradu ad vindictaz sui dei ira procedit a tarditatē supplicij grauitate sui compensat Eccī·16·In gente incredibili exardescet ira· Fertur de quadam ciuitate que bello lacessita misit ad quandam principem p succursu habēdo a vt illi de ciuitate eius animū ciciis idmarent: exponūt sibi fortitudinez ciuitatis in muris a turribus a fossatis: quib9 ille pro responso remisit· Est ne inquit vestra ciuitas superius cooperta: ita q ira dei sup ipsam descendere nequeat·c Quod si est liberet vemiaz a defendam vos· Si autem ira dei ppter peccata vestra pugnare nō audeo In quādam etiā patria in anglia q Nortfolthia nomina tur dicē otigisse q blada in estate pulcherrima creuerant· a ecce appropinquāte tpe messiū venit quoddā gen9 muscarū in tanta multitudine q totū bladū intantum cōsumpserunt q vix in quinq miliariox spacio vn9 modius inueniret: Unde de illa patria quidā de illis muscis cepērt a diligenē ispicientes quales eēnt: q nūq prius ofilles viderāt: inuenerūt eas hīe ires depictas in alis suis: i vna ala scribebat ira: i alia dei: vt manifestum eēt ppl'iuidictā diuinā fuisse· Jux illud Jhēu·z· Seminauerūt triticū a messuerūt spinas: hēditatē acceperūt a eis nō proderit

Confundemini a fructib⁹ vestris ꝓpter iram furoris dñi // Tertia cōditio ire dei est: q̄ in plures excitat ob vni⁹ prauitatem. Nam ꝓpter vni⁹ persone malicia flagellat deus aliq̄ndo vnam magnam multitudinem Exempli gr̄a Exodi. xi Vbi dicitur: q̄ tota dom⁹ Abimelech sterilis facta fuit ꝓpt demeritum Abimelech. a totus popul⁹ israhel ꝓpter peccatum Achor punitus fuit Vnde dicitur ibi. Non poteris stare cōtra inimicos tuos: donec deleatur ex te qui cōtaminat⁹ est hoc scelere dicit dñs ad Josue Josue. vii. Propter quod legim⁹ Phinees dixisse cuidam patri filioz israhel Josue. xxii. Vos hodie dominum dereliquistis a cras in vniuersum israhel ira eius deseuiet. Nōne Achor filius Zare ꝓtersit mandatum dñi a super omnē populum israhel ira eius incubuit. Dom⁹ em̄ aliquādo punit vnuz hoiem ꝓ peccato alteri⁹ temporaliter ꝙ eternaliter nō. ¶ Quarta cōditio ire dei est: q̄ non mitigatur nisi p hūilitatem. Natura em̄ leonis est non irasci nisi ledatur. Prostratis em̄ hominib⁹ parcere dicitur. Juxta illud poeticum. Parcere prostratis sit nobilis ira leonis. Eodem modo xp̄us nō irascitur nisi Jesus. Vnde ysa. 63. Ne irascaris dñe satis. a ne vltra memineris iniquitatuz nostrarum. Vnde nota: q̄ quantum cumq̄ deum offendeis si te hūiliaueris placabis eum. z. Paral. xii. Quia hūiliati sunt auersa est ira dei ab eis

Lectio ducēte sima septima.

Ducebat em̄ illos ad hūc finē digna necessitas. a hoz q̄ acciderāt cōmemoratiōnē amittebāt vt ea q̄ deerāt tormentis repleret punitio a ꝓpls quidē tui⁹ mirabiliē trāsiret Illi āt nouā mortē inuenirent. // Post q̄ declaratum est: q̄ egiptij persequētes filios israhel vtebantur cōtra eos vehementi malicia In ista pte ostendit ꝯsequēter: q̄ statim postea submersi fuerūt ex cōuenienti diuina iusticia Et primo tangitur eoz pena. Secundo ipsius pene finalis causa. ibi Vt ea que deerant. Ex parte pene dicitur sic Ducebat em̄ illos scilicet egiptios a psecutores filioz israhel ad hunc finem: scilicet vt pericitarētur i mari rubro: digna necessitas id est exigentia culpe: que talem mortem meruit. Nam omniū plagaru precedentium que eis acciderant obliti fuerunt ex eoz ptinaci malicia. Et ideo dicit. Et hoz q̄ acciderant commemorationem amittebant. Causa vero finalis tangit in genere cum dicitur. Que deerant tormentis repleret punitio id q̄d deerat plag̃ q̄s euaserāt repleret. vt perfecte cōsumaret punitio vsq̄ ad mortē Sed in specie ipsa causa finalis magis exprimit qua scilicet egiptij submersi sunt in mari rubro. Cuius submersionis duplex est ratio. Vna fuit: vt ꝓpls dei trāsiret magis mirabiliter. Alia: vt egiptij insolita morte perirent miserabiliter. Propterea em̄ magis miramur filios israhel impune transisse: cedente illis mari: quia etiā videmus egiptios

submersos fuisse: mari sup eos re
uo reuuente. a hoc est quod dic
te populus quidem mirabilit trā
siret id est p siccum in medio ma
ris. Illi autem egipcij nouā mo
rem inuenirent. Dec mors dicitur
noua fuisse: nō quia multi hōmi
nes ante submersi fuissent: sed pp
ter modū submergendi. quia nu
tu diuino recepit eos omnes ma
re: stās ab vtraq; parte sicut mu
rus. Et cum omnes submersi fuis
sent. a filij israhel iam victoria atti
gissent diuisit mare in alueu; su
um. a omnes egiptios condusit.
Moraliter loquendo sic frequen
ter accidit q illud quod est mate
ria promotionis in principio: ē cau
sa confusionis in termino. Vñd9
qndoq; credit homini in principio
fauendo sibi a dādo sibi diuicias
a honores: donec fuerit pfecte im
plicatus curis a sollicitudinibus
a superbia secularj. a tunc quan
do credit se eē in optimo statu a
apice sue dignitatis cōmouet per
turbacōnes a persecutiones dicitē
do eum: vt in ps. dicitur. Deiecis
ti eos dum alleuarentur. Circa
illam danulam ducebat enim il
los digna necessitas ad hūc finē
Notandu; est q quatuor modis
cōmuniter homines male ducunt
quidam em̄ abducitur illecebro
sa sensualitate: quidam pernicio
sa familiaritate: quidam temeita
te presumptuosa a quidam mali
tiosa seueritate. Primo ducitur
Quidam illecebrosa sensualitate.
Dij sunt qui non fm rationem:
sed fm passionem viuūt: qui nō
quod honestum: sed quod est de
lectabile in omnibus quer̄it. Sic
ductus est inuenis ille vetos quē
mulier irretiuit mltis sermonib9
a blandicijs labioꝝ suorum pertraxit
illum a statim illa; sequitur qua
si bos ductus ad victimā Proū. a
Narrat Fulgentius primo Mito
logiarum q cū; Admetus rex Al
cestam duxerat in vxorem contī
git Admetum infirmari consuhu
it appollinem quomodo posset
ab infirmitate curari: responsum est
p appollinem q curari nō posset
nisi aliquis de suis pximquis p eo
moreretur voluntarie. Quo intellec
to Alcesta morte sponte subijt. a
ad inferna descendit. Quo cū her
cules venisset: vt inde certeū tra
heret: Alceste cōpatiens eā ab ife
feis liberauit. Moralit mēs hūana
a sensualitas adinuicē copulant si
cut sponsus a spōsa: vir a vxor. vir
infirmat qñ cogitacōib9 varijs a
gitat: clamat ad deū cū ps. Miserē
mei dñe: qm infirm9 sū sana me do
mine: q sic orare debe9 qñ mēs infir
matur optat hoc ē deū sapie p cō
silio requere: rñdit āt deus p scriptu
ras suas q oꝝ ad hoc q spūs ose
quat salutē vnū de pximis suis vo
luntariā morte subire. carnē nrām
voluntarijs penitētijs mortificare:
quia nisi caro moriatur spiritus
vitam gratie nō habebit. Et hoc
est quod dicitur ad Romanos 8.
Si fm carnem vixeritis: moriem
mi. Si autē facta carnis mortifica
ueritis: viuetis. Caro mortificata
per penitētiam rationabilē tantē
descendit ad inferos quādo i terrā
de q̄ nata est finaliter reuitetur: sp
hercules vnionē p quē xpm accipi9

in resurrectione generali resuscitetur a viro suo ppetuo iungetur Caro igit in hac vita ductrix nra esse nō debet vt fm sensuales illecebras ducamur: sed magis fm spiritum duci debeam⁹ Ad Gal. 5. Spū ambulate a desideria cārīs nō pficietis Et infra. Si spiritu ducimini: nō sub lege viz carnal cōcupiscētie estis: quē lex carnis &c ad Romanos 7. Video aliā legez in mēbris meis repugnantem legi mentis mee // Secūdo fiit quidā qui ducitur pniciosa familiaritate. Pernciosa res ē nimia familiaritas cum psonis viciosis. Et ratio est: quia sicut dicit Hugo de sancto victore libro suo de arra anime. Ea est vis amoris: vt te talem esse necesse sit quale sit illud quod amas a cui p affectuz iungeris in ipsi⁹ similitudinem dilectionis societate cōformatis. Nec mirū: cum fm dyonisium 4. cap. de diuinis nominib⁹ Amor habz quādam vim excitatiuam: vnitiuam a trāsformatiuam: que non dimittit amatorem sui ipsius esse. sed amatoz. Et a conditionibus illius quez amat potest homo verissime describi si tamen eius conditiones cognoscat. Vnde signāter scribit Valeri⁹ ad Ruphinuz Ethicum est. Cui desvideto q̄si diceret: q̄ homo videat cui dat bona sua. Illud bene ē ethicum. ad v̄tutes morales ptinēs sicut q̄dam pars eius ptinet ad v̄tutem liberalitatis: sed videat cui homo det seipsum p amorem a familiaritatem seu amicabilem cōmunicationem a hoc non ē ethicum quasi pars ethice: sed ethica. tota virtutis moralis. Istud g̃ v̄bum ē filme iuuenibus imprimēdum Vnde quidam senex filium suū informans: ne familiaritatem cum vicioso cōtraheret a meretrice dixit Talem quemq̄ fore q̄lem sibi necit amore. Sermo veridicus ait ipse fit alter amicus. Huic dicto alludens Aristotiles. 9. Ethicoz. ca. 11. qui dicit q̄ amicus est alter ipse. Cui⁹ enim mores venerare: cui⁹ amorē appetis. Vnde quidaz metrista Quisquis amat ꝓbū reprobis se facit amicum. Se negat esse probum se facto damat inquū. Item Qui tangit picem tīgit se turpi colore. Sic tibi sume vicem qui flagras turpis amore. Et consequenter explanat senex quē vocat turpem a dicit sic. Turpē tetra cutis nullū faciet noiari. Sed mens pollutis factis cupiēs maculari. Et in fine alloq̄ns filiū sic cludit. Ergo caue fili turpatoꝛ crimine vili. Ne tu cōsimili turpetis fine simili // Notandū: q̄ Aristotiles. 9. Ethicoz soluit tres notabiles q̄stiones ad ꝓpositum pertinētes. Prima est ista. Dona⁹ q̄ aliquis acceptet ad amiciciāvitū bonū qui postea mutatur a fit malus Questio ē vtruz amicicia ad talē sit dissoluenda // Secūda q̄stio ē ista dato q̄ sic vtrū stati amicicia ad talez sit soluenda vl debet homo expectare. // Tercia q̄stio ē vtrum ad talem post dissolutionē amicicie se debeat hale re alicius vel familiarius q̄ si nū q̄ fuisset amicus. // Ad primam questionez respondet Aristotiles

dicens dño Vnū est q̄ impossibile ē q̄ talis ametur a v̄tuoso cuius malicia ē manifesta v̄tuoso: quia solū bonum honestuz amatur a v̄tuoso. Secūdo dicit q̄ vir honest⁹ nō dz amare talem: ꝫ ommino debet dissoluere amicicia ad talem. a ratio ē: quia nō est possibile q̄ diu seruet amicicia ad talem nisi causet aliq̄ similitudo malicie. ¶ Ad secundā questionem distinguit: quia talis qui factus ē malus: vel ē ommino insanabilis scz q̄ nō potest reduci ad statuz v̄tutis. vel nō. Si nō: sic nō debet statim dimittere amicū suū: ꝫ auxiliari ad hoc q̄ recuperet bonos mores. a multo magis debet amicus eū ad hoc iuuare q̄ ad recuperandū diuicias vel pecuniā: quanto virtus ē magis bonū q̄ substātia temporalis. Si vero sit ōmino insanabilis. sicut sunt inueterati dierū malorū: statim debet amicicia ad euz dissolui. Nec ē inconueniens hoc facere: quia nō erat amicus huic vel tali scz vicioso ꝫ virtuoso. Et ideo dicit Aristo. in eodē ca. q̄ illi qui simulant se v̄tuosos a amicicia contrahūt cū virtuosis. a tñ sunt latenter mali. sunt magis exercitandi q̄ illi qui corrūpunt numismata: quanto nobilior est v̄tus q̄ pecunia. Vnde qui simulant v̄tutes: maligniores sunt q̄ qui fingūt falsā monetam. ¶ Ad tertiā questionē respondz: quia à fit dissolutio amicicie ꝓpter minorez bonitatem in amico. à ꝓpter habundātem malicia. Si secūdo mō michil debet homo familiariter exhibere tali magis q̄ cuicūq; extraneo imo rationabile ē: q̄ min⁹: p̄ quanto euz decepit a verecundiam fecit Verecundum em̄ est v̄tuoso amicum fuisse vicioso. Si primo mō: fiat amicicie dissolutio. sicut contingit de duob⁹ quoz vn⁹ stat in gradu remisso v̄tutis a alius proficit in gradum intensum. tunc em̄ nō est possibile q̄ proficiens seruet amicitiam ad nō proficientem ſm Aristo. quia nō de eisdem gaudent a tristātur: quod est ꝓprium amicoꝝ. Tunc in tali casu homo debet se exhibere magis benuolum ꝓpter p̄teritam amicicia q̄ si numq̄ fuissent amici. Illi vero q̄ insanabiles ōmino fūt: abiciendi fūt ommino a cōicatione v̄tuosoz quātuz possibile est. Nec curandū ē: si hō eis displiceat: vel offendat: cū v̄tuoso semp dz esse ꝓprium displicere pessimis. sicut dr Boetius. i. de cō. ꝓsa. 7. Hoc ē em̄ secundū qđ est virtuoso maxie cauendū a vitandū taz ꝓpter infāmiam q̄ ꝓpter famā pniciosa familiaritas ad psonas corruptas vel infectas. ꝓpter quaz multi mnoꝝ etes i p̄n cipio corrupti a abhominabiles facti fūt i breui: ducti a abducti p̄mo a veritate ꝺcie a tandem a serenitate fame sue: quoz q̄libet dicere potest illd Jheremie. 38. Seduxerunt a preualuerunt a uerfuz me viri pacifici⁹ q̄ui dimerserunt in cœno a in lubrico pedes tuos a recesserunt a te. De hac materia: videlicet de vitanda societate mala: que ducit hominem i vitam viciosam. Loquitur Seneca ad Lucillum epistola decimaoctaua a ſm integros libros. Sivis inq̄t hȳe peḡuacōes

cuas iocundas cõmitem cuiꝰ ser
ua: habebit tibi auaicia q̃ diu a
uaro sordidoq; iugeris: habebit
timor q̃ diu fuplo conuersaberis
num q̃ seuicia in tortoris cõtuber
nijs pones: incẽdent libidines ad
ulteroꝝ sodalicia. si velis vicijs ce
dere longe a viciorũ exẽplis sece
dẽdus est Ad meliores trãsi. Hec
Seneca. De tali & corruptore a per
uerso doctore dr Prou. 16 Vir in
quꝰ lactat amicũ suũ a ducit eum
p viã non bonam. Tercio quidã
ducũtur p̃sumptuosa temeritate
quales sũt pleriq; inexpti adhuc
qui q̃rio sensui mimis adhærent:
quia vt dicit Vegetiꝰ de re militari
libro: 3. Imperita rusticitas plura
pimittit a credit se scire q̃ nescit a
ideo q̃ter inexperiẽciam passio in
uẽtionis est p̃sumptio Timiditas
vero senectutis. sicut dicit Aresto
tiles. 12. Rethorice. Et de talibꝰ bñ
verificat illud Matth. 14. Cecidit sũt
a duces ceciderũt aĩe. Quarto quidã
ducũtur malicioſa seueritate. hij
sũt potentes a nobiles qui latera
sua stipant maliciosis consiliato
ribus: quoꝝ instigacõmbus ad
iniurias varias agitantur: nunc
ad pauperum deceptiones a dep
dacõnes: nũc ad inmistas perqui
sicõnes: nũc ad iniquas seditiões
p quas respublica dissipatur. a
par ciuilis turbatur a quod pei
est ecclesia dei pedibus conculcat
Et verificatur illud ysaie. 4. ca. q̃p
terea ductus ẽ populus meꝰ cap
tiuꝰ: quia nõ habuit scientiam a
nobiles eius interierunt fame a
multitudo eiꝰ siti exaruit. a est p
phetia taꝫ de culpa preterita q̃ de
ultione futura Lectio. 20 8.

Omnis enim creatura ab i
cio ad suum genus re
figurabatur deseruiens tu
is preceptis vt pueri tui custodi
rentur illesi. Nam nubes eorum
castra obumbrabat. a ex aqua
que ante erat terra apparuit ari
da a in mari rubro via sine impe
dimento a campus germinãs de
profundo nimio: p quem omnis
natio trãsiuit: que regebatur ma
nu tua videntes tua mirabilia a
monstra // Actum est superius de
exterminio egiptiorũ mirabili in
mari rubro. Hic agitur cõsequẽter
de fauore: mirabili patrocinio collato
hebreis in recedendo de egipto. //
Et circa hec duo facit. Naꝫ primo
cõmemoratur diuina gubnatio
Secũdo narratur hebreorum exul
tatio ibi. Tamq̃ eẽ equi. Circa primũ duo facit. Nam p̃mo os
tendit in generali qualiter õnis
creatura famulabatur diuine vo
lũtati ad hebreorum liberacõnem
Secundo hoc ipsũ manifestat i spe
ciali p pticularem deductionẽ ibi
Nam nubes. Circa primũ sciẽ
dũ: q̃ sicut omnis creatura libera
dei volũtate p ducta est de nichilo
ita omnis creatura diuine volũta
ti suam opationem vl exercendo
vel suspendendo p tẽpore famula
batur. a ideo cum deus voluerit i
solem a lunam retrahit a motuꝫ
eis sistit. a cum voluerit mũdum
illuminat a motum continuat. si
cut miraculose factum fuit tempo
re passionis xp̃i quo ad subtrac
tionem. a eciam tempore Iosue
quo ad stationem a cetera. Et

sic est de omni alia creatura. a hoc est qđ dicit. Omnis em̃ creatura ad suū gen9 refigurabat reflectẽdo se ad suū gen9 quod dr̃ẽ. a reformabat illi9 volūtati. Sicut em̃ dr̃et Arestor. 4. methaca. de gne Gen9 vno mõ dicit illud a q̃ multitudo aliq̃ sicut a pmo generante pducit a fm illū modū loq̃ndi deus pt dicit oim rerū gen9 Apocal. 22. Ego sū radix a gen9 omnium Ad hoc gen9 omnis creatura refigurat. reuertendo cõformat. deseruiẽs tuis p̃ceptis. Ad hoc em̃ ois creatura cõdita ẽ: vt cõditori suo p oia obediat. Et multiplicater refigurabat p hemignaz gubernationem Hebreoz. Et idcõ subdit. Vt pueri tui viz famulantes tibi Hebrei: puer em̃ dicit famul9: custodiẽtur illesi. s. in egipto: i mari rubro a in deserto. Hãc autẽ obiam creature ad deū ad solatiū Hebreoz in spẽali declarat dupliciter viz in columpna nubis q̃ eos pcexit p diẽ: ne calore solis comburẽt a in ingressu maris rubri quo dedit eis viã siccã in q̃ sine impedimento grad̃entur. Vñ dicit sic. Nã nubes illoz castra obūbrabat que tria eis fecit Nã diuidebat int̃ eos a hostes. cõpescuit solis ardores a lucebat p noctes. Jt̃ quãtum ad ingressu maris dicit sic Et ex aqua q̃ ante erat. supple in loco suo. terra apparuit arida. a i mari rubro via sine impedimento a campus germinãs de pfundo mimo. a loc9 spaciosus a ita securus a amenus p itinẽ ac si fuisset camp9 germinãs. Per quẽ campū siue locum ad modū campi se habẽtis. omnis natio Hebreoz trãsiuit que ẽge bat manu tua. a potestate: videntes tua mirabilia quo ad trãsitu eius sicco pede p mediū rubri maris: a mõstra quo ad submersionẽ egiptioz in illo Circa illam danuuiam. Ad gen9 suū refigurabatur. Moraliter gen9 nostrū cõsideranꝺ debem9 quadrupliciter: ex pte patris: ex pte matris: ex pte ḡmanoz a ex pte filioz. Pater est deus: mater ẽ terra: ḡmani sunt angeli: filij sūt opa. Seruem9 igit̃ in nobis ratione patris nobilitatẽ racõe mris humilitatem: racõne fratrū stabilitatẽ: ratiõe filioz operū vtilitatẽ. Primo ḡ cuz sum9 de gne ipsi9 dei oportet q̃ sim9 nobiles: nõ degnes Act. 6. Fecit ervno omne gen9 hominū. Et infra. Jgit̃ cum sum9 gen9 dei nõ dem9 estimare auro à argẽto: à lapidi sculpture artis a cogitationis hominis diuinū eē simile Nobilitas autẽ ista nõ est nisi bonitas moralis. Vñ ois vtuosus est nobilis a generosus a ois viciosus degener est a ignobilis. Et idcõ contra vicios gloriãtes de sua generositate carnali rationabiliter inuehit Boeti9 3. de cõsolacõne Metro. 6. probans hominẽ viciosū eē: ignobilem a hominẽ virtuosū nobilem. Et dicit sic. Oẽ gen9 hoim in tris simili surgit ab ortu. Vn9 em̃ rex oim pater ẽ qui cuncta ministrat. Ille dedit phebo radios a cornua lune Ille dedit homies terris a sidera celo. Hic mbris daudit aios celsa sede petitos. Sed mõles sibi cunctos edidit nobile germen Quid gen9 a pauos strepitusq̃ si primordia

si primo dia vestra. Auctore ffiq̄ deuz spectetis null⁹ degener extat
Nisi vicijs peiora vouēs deserat ortum. In hoc metro q̄nto Boetius
dicit p̄mo q⁹ homies siue diuites siue pauperes simlem habēt ortū
quia anima de dō. corpus autē de terra. Secūdo q⁹ de⁹ est pater oim
rerū tam hominum q̄ aliox. Tercio dicit q⁹ iste pater ē valde no
bilis: quia omnia p̄dūxit a oīa mīnistrat tam in celo q̄ in terra.
Dedit em̄ a plebo radios a comua lune Quarto dicit q⁹ fatuū ē ge
n⁹ a paucos ad iactātiam recitare Quinto q⁹ oīnis v̄ tuosus ē nobi
lis: sed ille degener efficit qui de
ferēs ōm implicat se vicijs. Huic
cō cordat Sen̄. q̄re ca. 8. lcōis ktie.
Recogitantes igit̄ gen⁹ nostrum
ex pte patris sim⁹ tales in moribꝰ
vt nō mentiamur cū dicim⁹ Pater
noster a c̄. Matb. 6. ca. sed vt de
nobis possit veracit̄ dici illud. 2
Petri. 2. Vos autem estis genus
electuz: regale sacerdociū: gēs sc̄a
a popul⁹ acquisitionis a c̄. Secun
do intelligētes gen⁹ nostrum ex
pte matris: seruem⁹ humilitatez
Terra em̄ ē mater nrā. Fm Ohm
terra ē infimū a vltimū elementū
Narrat Valeri⁹ libro .v. cap̄. 3. de
Junio bruto q⁹ cū a ege Tarqui
no auūculo suo oēm nobilitatis
indolem videret extirpari: interq̄
ceteros fratrez suū qui vegetioris
ingenij erat interfectū animadū
teret obtusi se ē cordis simūlant
eaq̄ fallacia maximas vtutes rep
it. Profectus etiā delphos cū Tar
quinijs quos is ad apollinem
phitiū muneribꝰ sacrificijsq̄ ho
norādum īmisērat. aurum dō noī
ne dom̄i causa cauato baculo īdu
sum intulit: quia timebat ne sibi
celeste numē apta libēalitate ōm
no tutum nō eēt. Peractis deīde
mādatis patris appollinem inue
nes oraculum quisnā ex ipsis ro
me ēgnaturus videretur. At is pe
nes eum supma via vtbis nostre
potestatem futuram. Rndit qui
ante omnes oscultum matri dedis
set Tūc brutus piñ atq̄ casu pro
lapsus de industria se subiecit. t
ramq̄ cōmunem omniū matrez
existimās oscultus ē. Rs taz va
leum tellūri imp̄ssuz oscula vtbi
libertatē Bruto primū in phasti
locū tribuit. Et illo modo moralit̄
quicūq̄ ad regnū aspirāt celeste
necesse habēt se in p̄senti humilit̄
tenere simplices se simūlare a eē:
terrā matrē p mortis recordatio
nez oscularī vt sciat quilibet cuiꝰ
generis sit ex pte matris: quia nō
est celestis sed terren⁹. a dicat il
lud Sap̄. .v. Suz quidez a ego mor
talis homo a ex gñe t̄rem illius q̄
primo factus ē. Tercio rememo
rantes gen⁹ nostruz ex pte fratrū
q̄ sunt angelī seruem⁹ stabilitatē
in bono. dicit̄ em̄z natura hūma
na ḡmana angelox. Vñ cū Thobias a raphaele vellet gen⁹ iqui
rere: respondit. Gen⁹ queris mer
cenarij: an ipsū mercenariū q̄ cuz
filio tuo eat. Sed ne forte sollici
tum te reddam. Ego sum azarias
magni Ananie filius. Thobias
respondit. Er magno genere es
tu Thobie. 4. Verum dixit ange
lus fm nomīs interpretationē
Azarias nāq̄ interpretat adiutor

assamias gloria dei. Erat em̃ additor glorie dei. Quãdo g̃ recogitas angelos fratres nr̃os germanos esse in tanta gloria et nos ad eos nõ posse pũgere nisi fratrib9 nostris assimilemur. conari debem9 totis viribus nr̃is nr̃os ipsos fratres nr̃os imitatiõi signũ fraternitatis istius Raphael qui a azarias: quem Thobias vicissim fratrem vocat Thobie. 6. Obsecro te Azaria frater. Et Thobie. 9 Frater peto te vt auscultes verba mea q̃ angelus ad eũ Thob. 11. Thobia frater scis quẽadmodũ reliquisti patrem tuũ ac̃. Sunt g̃ taz homo q̃ angelus de pntela diuina: sed certe homo multiplici9 cum sit triplex cognatio sciz legalis p adoptionẽ. spũalis p sacramẽti susceptionẽ a carnalis p carnis ꝓpagationẽ. Angeli tantũ attinẽt deo fm cognacõem legalez: qua p grãm sunt adoptati. Homo ãt attinet deo triplici cognacõne. Legali q̃ ẽ filius dei adoptiu9. 2. Thimo. 1. Predestinauit nos in adopcõem filioz dei. Etiam ẽ filius dei spũalis q̃a p baptismũ nos regenerauit Joh. p̃mo dedit eis ptãtem filios dei fieri. a etiam carnalis frater: quia de nr̃a progenie naturam assumpsit Ad Hebreos p̃mo. Nusq̃ angelos apprehendit: ß semen Abrahe a ideo possum9 dicere angelo illud ꝛ Machabeoz 7. Noli putare gen9 nr̃m a deo derelictuz eẽ ¶ Quarto recordãtes genus nostrum ex pte filioz seruemus in moribus vtilitatem. Filij enim nr̃i opera nr̃a sunt Eccl. 11. Ante mortem: ne laudas hominem: quoniam in filijs suis agnoscitur vir id est in operib9 pfectis fm glosam ibidẽ. Apocalipsis. 28. Judicatum ẽ de singulis fm opera eoz. Et Apocalipsis. 14. Opera enim illoz sequũtur illos. In istis ergo filijs seruemus vtilitatem: vt sint nobis meritoriũ ad gloriã a non ad penam quod ẽ quando opus nostrum pducitur a gratia diuina a libero arbitrio. Quãdo vero pducitur a dyabolo carne vel mũdo a libero arbitrio ẽ quasi spuriũ genus. Et nõ potest consequi hereditatez celestem. a ideo phibetur pontifici legis veteris sub figura Leuitici. 7. q̃ non cõmisceat stirpem generis sui vulgo gẽtis sue: quia ego dominus qui sanctifico eum. ac̃.

¶ Lectio ducẽtesimanona.

Tam q̃ em̃ equi depaueẽt escam a tam q̃ agni exultauerũt magnificãtes te domine: qa liberasti illos. Memores enim adhuc erant que in iocunditate eoz facta fuerãt. quẽadmodum p nacõne alãlium pduxit ẽra muscas. a p piscib9 eructauit fluui9 multitudinem ranarũ. Nouissime autẽ videruũt nouã creaturã auiũ: cũ adducti ocupia postulauerũt escas epulacõnis. In alio ciacõne em̃ desiderioz descendit illis de mari ortigometra ¶ Post q̃ actũ ẽ de mirabili hebreoz gubernacõe tã in mari rubro q̃ in deserto. In ista pte agit̃ de ineffabili exultacõe eorũdez in vtroq̃ loco Et circa hoc duo fiũt. Nã p̃mo ostendit quo letabant de delicioso cuiuscũq̃ noui cibi a hoc in loco deserti. ibi. Nouissime ãt. ¶ Circa

